Orbis mantili tectus, приборъ.

---

## УРОКЪ 9.

### *О обѣдѣ.*

Откуда идете?
Я иду отъ своего дяди.
Что вы тамъ дѣлали?
Я ходилъ его посѣтить.
Онъ меня удержалъ обѣдать.
Что у васъ было за обѣдомъ.
Щи,
Супъ съ виномъ,
Супъ молочный,
Супъ изъ травы,
Говядина съ хрѣномъ
——— съ горчицею;
Маленькie огурчики съ уксусомъ.
У насъ было пшено сарачинское, вареное въ молокѣ,
Съ сахаромъ и корицею;

## LECTIO IX.

### *De prandio.*

Unde venis?
Venio a patruo, ab avunculo.
Quid ibi fecisti?
Adii eum visendi causa.
Retinuit me ad prandendum.
Quaenam constituēre prandium?
Jusculum e brassica,
Jusculum vineum,
Jusculum lacteum,
Jusculum herbis condītum,
Bubula raphano rustico,
——— sinapi concomitata;
Abortivi cucumeres, aceto condīti.
Aderat quoque oryza, in lacte cocta,
Cum saccharo et cinnamomo;

| | |
|---|---|
| Свѣжая солонина, | Suilla recens salsa, |
| Телячьи потроха, | Thymus vitulīnus, |
| Баранина, | Agnina, |
| Телячья голова, | Caput vitulinum, |
| Баранья лопатка, | Femur vervecīnum, |
| Телятина, | Vitulina, |
| Гусь съ каштанами, | Anser castaneis refertus, |
| Жареная утка, | Anas fricta, |
| Молодые голуби съ хорошею начинкою, | Pulli columbini cum sapido farcimīne parati, |
| Фрикасе изъ цыплятъ. | Fricti pulli gallinacei, |
| Блюдо рыбы, | Patĭna piscium, |
| Большая форель, разрѣзанная на четыре доли, | Erat trutta ingens, quae divisa fuerat in partes quatuor, |
| Пребольшая также щука, разрѣзанная на четыре же части. | Praegrandis item lucius, ad eundem modum quadripartitus. |
| Сколько было наготовлено! | Quantum epularum apparatum dinumerasti! |

~~~~~~~~~

Prandium, ii, n. обѣдъ.
Adire, приходить.
Retinēre, tinui, tentum; удерживать.
Constituĕre, tui, tutum, составлять.
Jusculum vineum, супъ съ виномъ.
Jusculum lacteum, herbis condītum, молочный, травяной супъ.
Bubŭla (caro), говядина.
Raphanus rusticus, хрѣнъ.
Sinapi, горчица.
Abortivi cucumĕres, маленькіе огурчики.
Aceto condītus, приправленный въ уксусѣ.
Cinnamōmum, i, n. корица.
Jusculum e brassica, щи.
Thymus vitulīnus, телячьи потроха.
Agnīna (caro), баранина.
Femur (oris) vervecinum, баранья лопатка.
Anser, ris, гусь.
Refertus (отъ refercio), начиненый.
Castanea (nux), каштанъ.
Anas, ătis, f. утка.
Columbini pulli, молодые голуби.
Sapidum farcimen, вкусная начинка.
Fricti pulli gallinacei, фрикасе изъ цыплятъ.
Apparatus, приготовленіе.
Epulae, arum, кушанье, блюдо.

~~~~~~~~~

| *Продолженіе.* | *Pars altera.* |
|---|---|
| Не уходите же. | Noli abire. |
| Вы отобѣдаете у насъ. | Hic apud nos prandebis. |
| Не отказываюсь. | Non recuso. |
| Я еще никому не далъ слова. | Nemini etiam nunc fidem dedi. |
| У насъ обыкновенный столъ. | Offeram tibi consuetum familiae victum *vel* quotidiana. |
| У насъ ничего не будетъ лишняго. | Nullum habebis luxum. |
| Друзья обходятся безъ чиновъ. | Amici se libere uti volunt. |
| Большая учтивость друзьямъ не идетъ, | Affectata urbanitas amicis est aliena, |
| И употреблять такую учтивость было бы несправедливо. | Et ejusmodi urbanitate uti esset iniquum. |
| Накрыли ль столъ? | Num mensa est instructa? |
| Пусть кушанье ставятъ на столъ. | Apponatur cibus patinis. |
| Оно еще не готово. | Nondum est paratus. |
| Жаркое еще на вертелѣ. | Caro assanda inest adhuc veru fixa. |
| Оно еще не изжарилось. | Nondum satis assata est. |
| Оно еще въ половину сыро. | Est semicruda. |
| Оно совсѣмъ сыро. | Tota est cruda. |
| Кушанье уже поставлено. | Cibus jam patinis appositus est. |
| Вотъ супъ, который хорошъ на взглядъ. | Ecce jusculum, quod bonam speciem prae se fert. |
| Если онъ такъ хорошъ, то мы съ удовольствіемъ поѣдимъ его. | Si ejusmodi speciem prae se fert, utamur eo cum voluptate *vel* comedamus id jucunde. |
| Онъ очень горячь. | Jusculum fervet *vel* fervens est. |
| Отрѣжьте мнѣ кусокъ этой говядины. | Abscindas mihi, quaeso, de hac bubula. |
| Чего вы хотите, жиру или любовины? | Utrum mavis opimam, an macram? |
| По немногу того и другаго. | Utriusque paululum. |
| Не угодно ли вамъ кости? | Libetne os sumere? |

Разбейте кость, если вы любите мозгъ.
Frange os, si amas medullam.

Каковъ вамъ кажется копченый языкъ?
Quomodo tibi sapit bovina lingua infumata?

Это кротево?
Hoc minutale?

Эти жирные молодые гуси?
Hi anserculi fartiles?

Съ вашего позволенія, я положу вамъ пирожокъ.
Ego offeram, pace tua, minutum artoereas.

Покорно благодарю.
Gratia est.

Надо оставить мѣсто и для жаркаго.
Etiam asso locus dandus est.

Покушайте рябчика,
Comede de perdice,

Пожалуйте хоть еще кусочикъ.
Vel paululum tibi sumito.

Довольно.
Satur sum.

Очень много ѣлъ.
Satis superque comedi.

Вы худой ѣдокъ.
Homo es non multi cibi.

Я столько ѣлъ, что болѣе ѣсть не могу.
Usque ad satietatem comedi.

~~~~~~~~

Abire, уходить.
Nemini fidem dare, не дать никому слова.
Consuetus familiae victus, обыкновенный столъ.
Libere uti, вольно обходиться.
Affectata urbanitas, большая учтивость.
Alienus, чужій, далекій отъ чего.
Iniquus, несправедливый.
Apponere cibum in mensa, поставить кушанье на столъ.
Caro assanda, мясо, которое должно жарить.
Inesse, находиться гдѣ.
Figĕre, xi, cum, воткнуть.
Veru, u, n. вертелъ.
Semicrūdus, полусырой.
Totus crudus, совершенно сырой.
Juscŭlum, quod bonam speciem prae se fert, супъ, хорошій видомъ.
Cum voluptate, съ удовольствіемъ.
Jusculum fervet v. fervens est, супъ очень горячь.
Abscindĕre (scidi, scissum), отрѣзывать.
Opīma pars, жирная часть.
Macra pars, любовина.
Os, ossis, n. кость.
Frangĕre (fregi, fractum), разбить.
Medulla, ae, f. мозгъ въ костяхъ.
~~~~~~~~

Bovina lingua infumata, копченый языкъ.
Minutale, is, n. крошево.
Pace tua, съ позволенія вашего.
Locum dare, оставить мѣсто.
Perdix, īcis, f. рябчикъ.
Fartilis, e, откормленный.
Satur, сытой.
Satis superque, чрезвычайно.
Homo non multi cibi, худой ѣдокъ.
Satietas, atis, f. сытость, пресыщеніе.



*Продолженіе.* — *Pars tertia.*

Я прошу васъ сего дня съ нами отобѣдать. — Rogo, ut hodie apud nos prandeas.

Я не хочу быть вамъ въ тягость. — Nolo tibi esse oneri.

Вы не можете обязать насъ больше. — Facere nihil potes, quod mihi sit jucundius *vel* id nobis pergratum perque jucundum erit.

Обяжите, прошу васъ, этимъ. — Illud nobis, quaeso, gratificare.

Вы тѣмъ много насъ обяжете; вы намъ сдѣлаете большое удовольствіе. — Gratissimum nobis feceris *vel* hac re plurimum nos tibi devincies.

Какъ для насъ пріятно имѣть такого гостя! — Quam volupe est nobis ejusmodi convivam habere!

Безъ чиновъ. — Mitte *vel* missam fac omnem compellationem blandam.

Я васъ прошу остаться. — Rogo, ut maneas.

Я только для того приглашаю васъ къ обѣду, чтобъ тѣмъ долѣе наслаждаться вашею бесѣдою. — Invito te ad prandium, ut eo diutius tuo fruar commercio.

Вы слишкомъ учтивы. — Tu es urbanus, quam par est.

Къ чему такая учтивость? — Quorsum (attinet) tanta urbanitas?

У насъ обѣдъ простой. — Solitum habebis prandium.

Столъ накрытъ. — Mensa est instructa.

Скоро поставятъ кушанье. — Mox cibus apponetur.

| | |
|---|---|
| Сядемъ. | Considamus. |
| Съ позволенія вашего, я положу вамъ этой говядины. | Bona tua venia, offeram tibi de carne elixa. |
| Я до нее не охотникъ. | Non sum ejus amans. |
| Я лучше люблю жаркое. | Praefero carnem assam. |
| Покушайте же этого соусу, | Comedas igitur, quaeso, de hoc embammate, |
| ——— этого рагу, | ——— de hoc tuceto, |
| ——— артишоковъ, | ——— cinaras, |
| ——— цвѣтной капусты. | ——— caulifloram. |
| Каковъ вамъ кажется этотъ пирогъ съ голубями? | Quomodo tibi sapit hic clibanites, pullis columbinis refertus? |
| Онъ хорошъ. | Bene. |
| Очень хорошо приготовленъ. | Optime condītus. |
| Вы ничего не ѣдите, ни пьете. | Nihil edis, neque bibis. |
| Прошу меня извинить, | Pace tua dicam, |
| Я ѣлъ довольно. | Sat edi. |
| Я ѣлъ много и за двоихъ. | Multum et pro duobus edi. |
| Вы видите, что я и ѣмъ и пью довольно, | Vides, amice, me sat et edere et bibĕre. |
| Слуга пусть нальетъ намъ вина. | Puer infundat nobis vinum. |
| Какого вамъ угодно, краснаго или бѣлаго? | Utrum vis rubrum an candidum? |
| Что? это вино вамъ нравится? | Quid? hoc vinum tibi placet? |
| Для меня по крайней мѣрѣ очень нравится, | Mihi certe perplacet, |
| Мнѣ довольно нравится. | Me satis delectat. |
| Я васъ поблагодарю. | Respondebo tibi propinanti. |
| Я пью за здоровье ваше! | Bibo in salutem tuam *vel* bene tibi! |
| За ваше знакомство, | Propino tuae necessitudini. |
| За все, что дѣлаетъ вамъ удовольствіе. | Propino omnibus (rebus), quae tibi voluptatem afferunt. |
| Вы очень учтивы. | Admodum es urbanus. |
| Не устали ль вы, такъ долго сидя? | Nonne fessus es tam diu sedendo? |

Встанемъ.
Прикажите собирать со стола.

Surgamus.
Cura mensam tollendam.

~~~~~~~~~~

Esse oneri (onus, ĕris) alicui, быть кому въ тягость.
Pergratus, очень пріятный.
Plurimum devincire, доставить много удовольствія.
Mitte compellationem blandam, безъ чиновъ.
Manēre, si, sum, оставаться.
Diutius, долѣе.
Commercium, i, n. бесѣда.
Solitum prandium, простой обѣдъ.
Consido, ĕre (edi, essum), садиться.
Caro elixa, вареная говядина.

Volupe est, пріятно.
Conviva, ae, гость, собесѣдникъ.
Praefero, (tuli, latum) предпочитать.
Embamma, tis, n. соусъ.
Tucētum, i. n. рагу.
Cinărae, arum, f. артишоки.
Brassica cauliflora, цвѣтная капуста.
Clibanites pullis columbinis refertus, пирогъ съ голубями.
Dare veniam, извинить.
Respondere propinanti, поблагодарить.
Urbanus, учтивый.
Tollĕre mensam, собирать, убирать со стола.

~~~~~~~~~~

*Продолженіе.*

Вы къ стати пришли.
Мы хотѣли было безъ васъ обѣдать.
Такъ сядемъ за столъ.

Садитесь безъ чиновъ (безъ церемоніи).
Я никому не назначаю мѣста.
Садитесь, гдѣ кому угодно.

Подай стулъ Г. N.
Кушайте друзья, что вы найдете по своему вкусу.

*Pars quarta.*

Commŏdum venistis.
Prope erat *vel* factum, ut sine vobis pranderemus.
Considamus igitur (ad cibum capiendum).
Accumbatis, remota omni inepta ceremonia.
Nemini designo locum.

Sumat sibi quisque, quem volet, locum.
Praebe sellam d. N.
Comedatis, quaeso, amici, quae cuique vestrum placeant.

| | |
|---|---|
| Угодно ли вамъ соусу ? | Libetne sumere de hoc intinctu ? |
| Это превкусный соусъ. | Scitissimi saporis est embamma. |
| Угодно ли вамъ фрикасе изъ цыплятъ ? | Placetne vobis sumere de frictis pullis gallinaceis ? |
| — рыбы вареной, жаркой? | — de pisce elixo , asso ? |
| — рябчика, каплуна, цыплятъ , куликовъ ? | — de perdice, capone, pullis gallinaceis,rusticis perdicibus? |
| Все , что вамъ угодно. | Omne, quidquid vobis libuerit. |
| Каково вамъ кажется это пиво ? | Quomodo sapit haec cerevisia? |
| Оно кажется мнѣ очень хорошо. | Jucundissime sapit. |
| Я хочу его попробовать. | Volo eam degustare. |
| Мнѣ кажется оно весьма горько. | Peramara esse videtur. |
| Такъ пивоваръ меня обманулъ. | Cerevisiarius igitur me decepit *vel* fefellit. |
| Я не люблю крѣпкаго пива. | Cerevisiam acrem non probo. |
| Ваше полпиво хорошо ли ? | Tua vero cerevisia placetne? |
| Оно не изъ лучшихъ. | Non est saporis primi. |
| Я вижу, что у васъ нѣтъ хлѣба. | Video , tibi panem deesse. |
| Возьмите бѣлаго хлѣба. | Sume panem candidum. |
| Этотъ хлѣбъ очень вкусенъ. | Panis est admodum sapidus. |

Commŏdum venire , придтти кстати , въ пору.
Sumere locum , занять мѣсто.
Elixus , вареный.
Capus, i, capo, ōnis, m. каплунъ.
Rustica perdix , куликъ.
Cerevisia , ae , f. полпиво.
Degustare , отвѣдать.
Amārus , горькой.
Cerevisiarius , пивоваръ.
Decipio , cēpi , ptum, обманываю ,
Acris , e , крѣпкой.
Fallĕre (fefelli, falsum), обманывать.
Sapidus, вкусный.
Intinctus , us , m. соусъ.

| *Продолженіе.* | *Pars quinta.* |
|---|---|
| Чегожъ, друзья? станемъ кушать | Amici, cur cessamus *vel* cunctamur? agitedum comedamus. |
| Кушанье стынетъ. | Cibus tepet *vel* corrumpitus. |
| Каково для васъ это кушанье? | Quomodo sapit *vel* num placet vobis hic cibus? |
| Это кушанье вкусно, хорошо, отмѣнно приготовлено. | Hic cibus palatum acuit, est bene apparatus, opipare condītus. |
| Яжъ это кушанье похвалю, наѣвшись. | Ad me quod attinet, laudabo eum saturatus. |
| Вы ничего не кушаете. | Tu nihil edis, amice. |
| Съ позволенія вашего, я положу вамъ этого фазана. | Permĭssu tuo, offeram tibi de phasiano. |
| Кушайте все, что вамъ угодно. | Comedatis omne, quodcunque vobis placeat. |
| Хорошъ ли онъ? | Num bene sapit? |
| Онъ весьма нѣженъ и хорошо изжаренъ. | Bene, est valde tener et bene assatus. |
| Любите ли вы крѣпкую приправу? | Num delectaris cibo acri et acuto? |
| Я люблю; я не охотникъ до сладкихъ соусовъ. | Etiam; non sum amans dulcium jusculorum. |
| Позволите ли положить вамъ индѣйки? | Sit venia, si tibi offeram de assa gallina Indĭca? |
| — крыло рябчика? | — perdicis alam? |
| — ножку курицы? | — gallinae coxam? |
| — позвонокъ зайца? | — Leporis lumbum? |
| — головы кабаньей? | — capitis aprini? |
| —— дичины? | —— ferinae frustum? |
| Я вамъ положу. | Ego ministrabo tibi. |
| Я знаю, до чего вы охотники. | Scio, quarumnam rerum sis amans. |
| Я знаю вашъ вкусъ. | Palatum tuum mihi notum est. |
| Это возбуждаетъ аппетитъ. | Hoc facit cibi cupiditatem. |
| Аппетитъ приходитъ во время ѣды. | Cibi cupiditas venit inter comedendum *vel* esus ipse appetentiam invītat. |

Голодъ есть лучшій по-варъ.
Я очень много ѣлъ.

Optimum condimentum fames,
Multum superque comedi.

Age, ну.
Bene apparatus, хорошо приготовленный.
Opipare, отмѣнно.
Laudare, хвалить,
Saturare, насыщать.
Phasianus, i, m, фазанъ.
Tener, нѣжный, мягкой.
Cibus acris acutusque, крѣпкая приправа.
Dulce jusculum, сладкой соусъ.
Gallina Indica, индѣйка.
Ala, крыло.
Ferina caro, дичина.
Aprinus, кабаній.
Porrigĕre, rexi, ctum, подать.
Palatum, i, n. вкусъ.
Cibi cupiditas, аппетитъ.
Condimentum, i, приправа.
Fames, ĭs, f. голодъ.

*Продолженіе.*

*Pars sexta.*

Подавите соку изъ лимона на кусокъ жаркаго, чтобъ возбудить аппетитъ.
Пожалуйте мнѣ лимонъ.
Вы всѣхъ потчиваете, а самихъ себя забываете.
Я ѣлъ много.
Я наѣлся.
Возьмите еще кусочекъ кулика, хотя только отвѣдать.
Каковъ онъ для васъ?
Онъ очень вкусенъ.
А вы проводите время только въ разговорахъ.
И ничего не пьете.
Полно ѣсть! надо чего нибудь выпить.

Exprime, quaeso, succum citreum super assum, ut edendi cupiditatem facias.
Da mihi, quaeso, malum citreum.
Omnes, praeter te ipsum, invitas ad comedendum.
Ego multum comedi.
Ego exsaturatus sum.
Sume, quaeso, etiam rustĭcae perdicis aliquantulum vel degustandi causa.
Quomodo tibi sapit?
Caro ejus valde delicata est.
Tu vero nihil aliud, quam sermocinaris *vel* fabularis.
Neque quidquam bibis.
Satis comesum! Nunc bibendum est.

| | |
|---|---|
| Смотрите рюмки готовы. | Cyathi ad manum sunt. |
| Наливайте полную. | Infunde plenum a summo. |
| Смотрите, чтобъ не переполнить. | Cave, ne nimis impleas. |
| Друзья! я пью за ваше здоровье, | Amici! ego propīno vobis; |
| За здоровье вашего братца, | Propino fratri tuo. |
| За здоровье вашей сестрицы. | Propino sorori tuae. |
| Отвѣчайте мнѣ тѣмъ же. | Respondeatis, quaeso, mihi propinanti. |
| У меня нѣтъ жажды. | Ego non sitio. |
| Я лишь теперь пилъ. | Ego modo bibi. |
| Я утолилъ жажду. | Ego sitim explevi *vel* sedavi. |
| Жажда моя утолена. | Sitis mea est expleta. |
| Я вина одного не пью. | Merum non bibo. |
| Я всегда вино съ водою мѣшаю. | Soleo diluere vinum aqua. |
| Я охотнѣе пью пиво. | Praefero vino cerevisiam. |
| Я охотнѣе пью воду, нежели вино. | Sum amans potius aquae, quam vini. |

Exprĭmo, pressi, ssum, exprimĕre, давить.
Succus citreus, лимонный сокъ.
Malum citreum, i. n, лимонъ.
Exsaturari, наѣдаться.
Delicatus, вкусный.
Sermocinari, разговаривать.
Plenus a summo, полный до краевъ.
Nimis implere, переполнить.
Modo, только что.
Sedare sitim, утолить жажду.
Merum, i, n. чистое, одно вино.
Diluĕre, разводить.

| *Продолженіе.* | *Pars septima.* |
|---|---|
| Вы извольте разрѣзывать, сударь. | Domine, sis carptor, sector, scindendi obsonii magister. |
| Разрѣжь эту индѣйку. | Seca in frusta *vel* discerpe hanc gallinam Indicam. |

| | |
|---|---|
| Разрѣжь этого каплуна. | Concide hunc caponem *vel* lacera hunc gallum, |
| Рѣжь вдоль, | Seca in longum, |
| —— поперегъ, | — transverse, |
| —— по срединѣ, | — per medium. |
| Прошу васъ, изрѣжьте пирогъ этотъ. | Disseca, quaeso, hoc artocreas in frusta. |
| Потчивайте напередъ этихъ дамъ. | Offer primo istis dominabus. |
| Велите обносить это блюдо. | Hoc ferculum circumferendum cura. |
| Вы ничего не кушаете, милый. | Nihil comedis, amice. |
| Прошу меня извинить, я ѣлъ довольно. | Bona tua venia dicam, me jam sat comesse. |
| Скажите, что вамъ угодно. | Dicas quaeso, quae tibi cordi sint. |
| Спросите, что вамъ надобно. | Posce, quod tibi opus est. |
| Потчивайте себя сами. | Ministra tibi ipse. |
| Этого кушанья не раскладываютъ. | Est cibus, qui convivarum arbitrio exponitur. |
| Не заставляйте себя просить. | Noli committere, ut rogeris. |
| Кому угодно сдѣлать салатъ? | Quis vult acetaria condire? |
| Изготовьте его хорошенько. | Condi ea, ut par est. |
| Положите въ него много масла и мало уксусу. | Adde plus olei et parum aceti. |
| Онъ скрыпитъ, какъ мнѣ кажется. | Acetaria crepitant, ut mihi videtur. |
| Онъ недовольно вымытъ. | Non satis lota sunt. |
| Эта дичина отмѣнно вкусна. | Haec venatio optime sapit. |
| Я радъ, что она по вашему вкусу. | Gaudeo, quod tui est stomachi. |
| Но вы еще не пили. | Verum tu nondum bibisti. |
| Я эту раскупорю бутылку. | Relinam hanc lagenam. |

Гдѣ штопоръ? — Ubi est terebra?

Извольте кушать, я васъ потчиваю. — Bibas, quaeso humanissime.

Знатокъ ли вы въ винѣ? — Num es gnarus *vel* intelligens vini?

Что вы скажете объ этомъ винѣ? — Quid dices super hoc vino?

Нравится ли оно вамъ? — Probasne?

Нравится, оно хорошо, — Probo, est bonum,

Оно не дурно. — Non est contemnendum.

Оно мнѣ кажется нѣсколько молодо. — Videtur esse subacerbum.

~~~~~~~~

Carptor, ris scissor, ris, scindendi obsonii magister, разрѣзыватель.
In longum, вдоль.
Transverse, поперегъ.
Per medium, по срединѣ.
Ferculum circumferre, обносить блюдо.
Pace tua dicam, прошу меня извинить.
Committĕre (si, ssum), допускать.
Acetaria, orum, n. салатъ.
Ut par est, какъ должно, хорошенько.
Crepitare, скрыпѣть.
Satis lotus, довольно вымытый.
Optime sapĕre, имѣть очень хорошій вкусъ.
Verum, но.
Relino, ĕre (livi, litum), откупорить.
Terebra, ae, f. штопоръ.
Esse intelligentem alicujus rei, быть въ чемъ знатоку.
Non contemnendus, не дурной.
Esse sapore subacerbo, о винѣ: быть нѣсколько молоду.

~~~~~~~~

## УРОКЪ 10. — LECTIO X.


### *Объ обѣдѣ питомца.* — *De prandio alumni.*

Время ли обѣдать? (обѣденное ли время). — Num est tempus prandendi?

Конечно, пора обѣдать. — Certe, est tempus.

Уже близко двенадцати часовъ. — Haud longe duodecima hora adest.

| | |
|---|---|
| Уже часъ било! | Jam prima hora pomeridiana sonuit. |
| Сегодня обѣдаемъ мы позже обыкновеннаго. | Hodie prandemus solito tardius. |
| Въ которомъ часу вы обыкновенно обѣдаете? | Quota hora *vel* ad quam horam soletis prandere? |
| Ровно въ полдень. | Prima ipsa pomerediana. |
| Уже звонили. | Jam campanula sonuit. |
| Сядемъ за столъ. | Considamus. |
| Садитесь. | Considatis. |
| Закройтесь своею салфеткою. | Praeliga mantile. |
| Гдѣ вашъ ножикъ? | Ubinam est culter tuus? |
| — ваша вилка? | — fuscina tua? |
| — и ваша ложка? | — et cochlear tuum? |
| Молитесь Богу. | Offer preces Deo. |
| Возьмите хлѣба. | Sume panem. |
| Кушайте супъ. | Comede embamma. |
| Хотите ли мяса? | Visne sumere carnem? |
| Хорошо ли это мясо? | Num haec caro est bona? |
| Оно очень хорошо. | Est perbona. |
| Оно весьма сочно. | Est valde succosa *vel* succulenta, |
| — оно довольно варено, | — satis elixa, |
| — оно совсѣмъ еще сыро, | — est tota cruda, |
| — оно вовсе холодно. | — penitus frigida. |
| Поставь его на канфорку, чтобъ оно разогрѣлось. | Pone eam super foculum, ut recaleat. |
| Хотите ли баранины? | Libetne de vervecina, |
| ———— телятины? | ——— vitulina? |
| ———— капусты? | ——— brassica? |
| Скажите, до чего вы охотники? | Dic, quo cibo delecteris? |
| Подайте ему блюдо. | Offer ei ferculum. |
| Положите себѣ съ этого блюда. | Sume aliquid de ista patina. |
| Послѣ васъ. | Ego sumam postea. |



Alumnus, i, m. питомецъ.
Sonare, ui, itum, звучу; hora pomeridiana sonuit, билъ первый часъ.
Solito tardius, позже обыкновеннаго.
Campanula, колокольчикъ.
Praeligare, завязывать спереди.
Preces offerre, молиться.
Succosus vel succulentus, сочный.
Penitus, совершенно.
Foculum, i, n. канфорка.
Recaleo, calui, recalere, разогрѣваться.
Vervecina, баранина.
Vitulina, телятина.
Brassica, ae, f. капуста.
Post, послѣ, за.



| *Продолженіе.* | *Pars altera.* |
| --- | --- |
| Пожалуйте кушайте супъ. | Comede, quaeso, jusculum. |
| Возьмите супу на свою тарелку. | Sume jusculum in orbem. |
| Онъ очень горячь. | Est fervens. |
| Вы обожжетесь. | Potes te adurere. |
| Подуйте на него. | Refrigera flando. |
| Погодите, пока простынетъ. | Exspecta, donec refrixerit. |
| Не кушайте такъ скоро. | Noli tam cito comedere. |
| Сидите прямо на стулѣ. | Sede rectus in sella. |
| Не кладите локтей на столъ. | Noli inferre cubitos ad mensam. |
| Не нагибайтесь къ тарелкѣ. | Ne inclina te versus orbem. |
| Возьмите соли ножикомъ. | Sume sal acumine cultri. |
| Пожалуйте мнѣ кусокъ хлѣба. | Da mihi, quaeso, frustum panis, |
| Кусокъ жаркаго. | Assi frustum. |
| Не облизывайте пальцевъ. | Ne lambe digitos. |
| Оботрите ихъ своею салфеткою. | Deterge eos mantili tuo. |
| Не кладите пальцевъ въ ротъ. | Ne insere manus ori. |
| Рѣжьте мясо, а не рвите его. | Seca, non discerpe carnem. |
| Вы глотаете мясо. | Tu devoras carnem. |
| Вы не жуете его. | Tu non conficis eam dentibus. |

| | |
|---|---|
| Вы весьма жадны. | Voracissimus es. |
| Жуйте мясо. | Confice dentibus carnem. |
| У меня тупы зубы. | Dentes hebetatos habeo. |
| Мнѣ попался кусочикъ мяса между зубовъ. | Caruncula haeret inter dentes. |
| Выньте его зубочисткою. | Tolle eam dentiscalpio. |
| Употребите на это зубочистку. | Utere dentiscalpio. |



Adūri, обжечься.
Refrigerare flando, дуть на что, чтобъ простудить.
Sedere rectum, сидѣть прямо.
Inferre cubitos ad mensam, класть руки на столъ.
Se inclinare, наклоняться.
Versus, къ.
Acumen, inis, n. острее, конецъ.
Lambĕre, bi, bitum, лизать.
Digitus, i, m. палецъ.
Detergĕre, si, tum, обтирать.

Insero, rui, sertum, inserere, сую.
Os, oris, n. ротъ.
Discerpĕre, psi, ptum, рвать.
Devorare, глотать.
Conficĕre dentibus, жевать.
Vorax, cis, жадный.
Dentes hebetati, тупые зубы.
Haerēre inter dentes, завязнуть межъ зубовъ.
Tollo, ĕre (sustuli, sublatum, беру прочь, вынимаю.
Dentiscalpium, i, n. зубочистка.



| *Продолженіе.* | *Pars tertia.* |
|---|---|
| Вы не ѣдите и не пьете. | Tu nec edis, nec bibis. |
| Для чего вы не ѣдите? | Cur non edis? |
| Для чего не пьете? | Cur non bibis? |
| Хотите ли пить? | Visne bibere? |
| Я больше хочу ѣсть, нежели пить. | Ego magis esurio, quam sitio. |
| Я имѣю великую жажду. | Valde sitio. |
| Меня томить жажда, | Siti consūmor, |
| Спросите пить. | Roga potum. |
| Подайте мнѣ пить. | Da mihi bibere. |
| Подайте мнѣ рюмку вина. | Cedo mihi scyphum vini. |
| Охотники ли вы до вина? | Num es amans vini? |
| Я его люблю. | Sum amans vini. |
| Я не люблю его. | Non amo vinum. |

Что вы обыкновенно пьете?
Quid soles bibere?

Я пью то воду, то пиво,
Bibo modo aquam, modo cerevisiam,

Но по большой части чистую воду.
Sed plerumque puram aquam.

Пили ль вы?
Bibistine?

Я пилъ.
Bibi.

Хотите ли еще кушать?
Visne amplius comedere?

Покорно благодарю, я сытъ.
Gratia est, satur sum.

Мнѣ болѣе ѣсть не хочется.
Non amplius esurio.

---

Siti consumi, быть томиму жаждою,
Cedo, подай сюда.
Modo, modo, то, то, иногда, иногда.
Plerumque, по большой части.
Amplius, болѣе, еще.

---

## УРОКЪ 11.
### О дессертѣ.

## LECTIO XI.
### De mensa secunda.

Дессертъ поставленъ.
Mensa secundaria apposita est.

Вотъ прекрасный дессертъ!
Ecce praeclara visu bellaria!

Лучшія яблоки, въ сахару или меду приготовленныя,
Optima mala, saccharo aut melle condīta,

Сухіе, вареные конфекты.
Mala desiccata, mala liquida saccharo condīta.

Прикажите ли ихъ?
Libetne ea sumere?

Я возьму лучше бисквитъ.
Sumam potius panem saccharitem.

Пожалуйте мнѣ нѣсколько миндалю.
Da mihi, quaeso, aliquot amygdala.

Я лучше люблю плоды.
Praefero iis poma.

Вы собрали отборнѣйшіе плоды, какіе только бываютъ въ это время года:
Congessisti exquisitissimos fructus, qui hoc anni tempore proveniant:

——— землянику,
——— fraga,

——— малину, ——— baccas idaei rubi,
——— чернику, ——— myrtillos,
——— зрѣлыя яблоки, ——— mitia poma,
——— груши, ——— pyra,
——— сливы, ——— pruna,
——— вишни ——— cerasa,
——— виноградъ, ——— uvas,
——— орѣховъ Грецкихъ, ——— juglandes,
——— простыхъ орѣховъ, ——— nuces avellanas,
——— апельсиновъ, ——— mala aurea,
——— лимоновъ, ——— mala citrea,
Вотъ хорошіе персики и абрикосы! Ecce pulchra mala persica et armeniaca!
Этотъ ананасъ очень спѣлъ. Haec bromelia *vel* nux pinea Indica est valde matura.

~~~~~~~~~

Mensa secundaria, дессертъ.
Bellaria, orum, n. закуски.
Desiccatus, сухой.
Liquidus, жидкой.
Panis saccharites, бисквитъ.
Amygdalum, i, n. миндаль.
Congerere (ssi, stum), снести, собрать.
Fragum, i, n. земляника.
Cerasum, i, n. вишня.
Bacca rubi idaei, малина.
Myrtilli, orum, m. черника.
Pirum, i, n. груша.
Pruna, ae, слива.
Uva, виноградъ.
Juglans, dis, f. грецкой орѣхъ.
Nux avellana, простой орѣхъ.
Mala persica, персики.
Mala armeniaca, абрикосы.
Bromelia *vel* nux pinea Indica, ананасъ.

~~~~~~~~~

## УРОКЪ 12. — LECTIO XII.

*Учтивыя выраженія стола.* — *Elocutiones plenae humanitatis, quae spectant ad coenam.*

Для чего вы не садитесь? Cur non accumbis mensae?
Садитесь въ первомъ мѣстѣ. Tene, quaeso, priorem locum.
Займите ваше мѣсто. Sume tuum locum.
Я не допущу, чтобъ вы сѣли внизу. Non patiar, a te inferiorem locum teneri.
Вы сядьте впереди. Conside priore loco.

| | |
|---|---|
| Вы сдѣлаете мнѣ удовольствіе, уволивъ меня отъ этого. | Plurimum adferes mihi voluptatis, data hac venia. |
| Прошу васъ покорно о томъ не спорить. | Mittamus, quaeso, super hac re concertationem. |
| Къ чему столько прозьбы? | Quorsum tam blandae compellationes? |
| Между друзьями должна быть вольность. | Amici libere se uti volunt. |
| Вы видите, какое у насъ кушанье! | Vides, quam exilis cibus in mensa apponatur! |
| Это наше обыкновенное. | Ejusmodi cibo quotidie uti solemus. |
| У насъ нѣтъ лакомства. | Cupedia nobis desunt. |
| А для меня нѣтъ нужды въ лакомствѣ. | Equidem nihil moror cupedia. |
| Жалѣю, что мнѣ нечего лучшаго вамъ поставить. | Doleo, quod meliora apponere non possum. |
| Когда бы я зналъ, что вы будете у меня кушать, то приготовилъ бы что нибудь лучшее. | Si scissem, te coenae interfuturum esse, lautiorem adparassem coenam. |
| Прошу не взыскать. | Exilitatem meam boni consule, quaeso. |

Elocutio plena humanitatis, учтивое выраженіе.
Spectare, клониться.
Prior locus, первое мѣсто; inferior, послѣднее.
Occupare, tenere, занять.
Concertatio, onis, f. споръ.
Cupedia, orum, n. лакомство.
Dolendum est, жаль.
Interesse coenae, быть за столомъ, обѣдать.
Lautior cibus, кушанье, которое получше.

## УРОКЪ 13. — LECTIO XIII.

### *О поварнѣ.* — *De culina.*

| | |
|---|---|
| Кухня отперта ли? | Num culina est reclusa? |
| Отопри ее. | Reclūde eam. |
| У меня нѣтъ ключа. | Clavis mihi deest. |

| | |
|---|---|
| Онъ виситъ на крюкѣ. | Est suspensa ex unco ferreo. |
| Разведи огню, | Suscita ignem. |
| Гдѣ огниво? | Ubi est ignitabulum? |
| Нѣтъ труту здѣсь, | Deest hic flammae illicium, |
| —— кремня, | — pyrites, |
| —— сѣрныхъ спичъ, | Desunt assulae sulphuratae, |
| —— сѣрной нитки. | Deest filum sulphuratum. |
| Засвѣти огню. | Accende ignem. |
| Раздуй огонь. | Excita flando ignem. |
| Положи дровъ. | Pone ligna secta, |
| ——— лучинки, | ——— assulas, |
| ——— стружекъ, | ——— ramenta, |
| ——— щепъ, | ——— segmenta, |
| ——— сухихъ дровъ. | ——— sicca ligna secta, |
| ——— мѣлкихъ дровъ, | ——— minora ligna secta, |
| ——— толстыхъ дровъ, | ——— majora ligna secta, |
| ——— полѣно. | ——— unum lignum sectum. |
| Накололъ ли слуга дровъ? | Num puer fidit ligna? |
| Поправь огонь. | Irrita ignem (conto uncato). |
| Поставь котелъ на огонь. | Adpone ad focum lebetem. |
| Онъ не вычищенъ. | Non est elutus. |
| Возьми горшокъ. | Sume ollam. |
| Влей въ него воды и положи мяса. | Infunde aquam et pone carnem. |
| Вскипяти воду въ котлѣ. | Fervefac aquam in cacabo. |
| Повѣсь его на крюкъ. | Suspende eum ex lamina denticulata. |
| Вода уже тепла. | Aqua jam calida est. |
| Она закипаетъ, | Fervescit. |
| Она скоро вскипитъ. | Mox fervebit. |
| На очагѣ много сажи. | Focus est lice plenus. |

Culina, ae, f. кухня.
Recludĕre (si, sum), отпираю.
Clavis, is, f. ключь,
Suspendĕre (di, sum), повѣсить.
Uncus ferreus, крюкъ.

Suscitare ignem, развести огонь.
Ignitabulum, i, n. огниво.
Flammae illicium, трутъ.
Pyrites, ae, m. кремень.
Assulae sulphuratae, спички.

Filum sulphuratum, сѣрная нишка.

Excitare flando, раздуть.

Ligna secta, дрова.

Ramenta, orum, n. стружки.

Segmenta, orum, n. щепы.

Sicca ligna secta, сухія дрова.

Lignum sectum, полѣно.

Findo (fidi, fissum), наколоть.

Irritare ignem, поправить огонь.

Adpono (sui, situm) ad focum lebetem, поставить на очагъ котелъ.

Elutus, вычищенный.

Olla, ae, f. горшокъ.

Fervefacio, feci, factum, вскипятить.

Cacabus, i, m. котелъ.

Lamina denticulata, крюкъ.

Ferveo, ere, кипѣть.

Focus, i, m. очагъ.

Lix, icis, f. сажа.

~~~~~~~~~

*Продолженіе.* — *Pars altera.*

| | |
|---|---|
| Поставь сковороду на огонь. | Superpone igni sartaginem. |
| Положи въ нее масла, | Inde butyrum. |
| — свѣжаго масла, | — butyrum recens, |
| — топленаго. | — butyrum coctum. |
| Дай ему растопиться. | Sine id liquefieri. |
| Берегись, чтобъ оно не вспыхнуло. | Cave, ne flammam concipiat. |
| Положи въ него ложку муки, | Inde in illud ligulam farinae, |
| — крупичатой муки. | — pollinis. |
| Гдѣ солонка? | Ubi est salinum? |
| Въ ней нѣтъ соли. | Non est in eo sal. |
| Положи въ нее соли. | Inde salem. |
| Подай мнѣ ящикъ съ пряными кореньями. | Praebe mihi pyxidem aromatariam. |
| Положи перцу, | Inde piper, |
| ——— корицы, | — cinnamomum, |
| ——— гвоздики, | — caryophyllum aromaticum, |
| ——— инбирю, | — zingiber, |
| — лавровыхъ листьевъ, | — folia laurea, |
| — померанцовой и цитронной корки. | — corticem mali aurei et citrei. |
~~~~~~~~~

Истолки эти коренья въ игоши.
Поди за молокомъ.
Сдѣлай супъ молочный.
Положи въ него сахару.
Уже въ немъ есть.
Въ немъ его мало.
— уже слишкомъ.
Супъ пересоленъ.

Haec arōmata pilo contunde in mortario.
Pete lac.
Para jusculum lacteum.
Inde saccharum.
Jam ei inest.
Parum ei inest,
Plus satis inest.
Jusculum nimio sale condītum est.

~~~~~~~~~~

Sartago, ĭnis, f. сковорода.
Butyrum recens, свѣжее масло; coctum, топленое.
Liquefacio, feci, factum, растопляю.
Flammam concipĕre, вспыхнуть.
Pollen, inis, n. крупичатая мука.
Ligula, ae, f. ложка.
Indĕre (indidi, inditum), положить, насыпать.
Pyxis aromataria, ящикъ съ пряными кореньями.

Pĭper, ĕris, n. перецъ.
Caryophyllum aromaticum, гвоздика.
Zingĭber, eris, n. инбирь.
Folium laureum, лавровый листъ.
Cortex, icis, m. f. корка, кора.
Contundĕre (tŭdi, tusum), столочь.
Pilum, n. пестъ.
Mortarium, иготь.
Plus satis, болѣе надлежащаго.
Nimio sale condīre, пересолить.

~~~~~~~~~~

*Продолженіе.*

Посади жаркое на вертель.
Пособи мнѣ жаворонковъ посадить на вертель.
Верти,
Повысь вертель.
Гдѣ сковорода?
Поставь ее подъ жаркимъ.

*Pars altera.*

Fige carnem veru.
Adjuva me in transfigendis veru alaudis.
Circumăge,
Adtolle veru.
Ubi est sartago?
Suppone eam carni, quae assatur.

Поливай его масломъ.
Поставь рѣшетку на уголья.
Жарь сосиски,
— ребрушки,
— телячью, баранью голову.
Помажь масломъ.
Она уже довольно жарилась.
Между тѣмъ пусть эта похлебка варится на небольшомъ огнѣ,
— на горячей золѣ.
Ощипли этихъ цыпленковъ, этихъ голубятъ.
Сложи ихъ, какъ должно.
Нашпикуй зайца.
Гдѣ шпиковальная игла?
Подай мнѣ кусокъ ветчиннаго сала.
Это сало прогоркло.
Возьми корытцо и сѣчку, и изруби мясо.

Ошелуши этотъ горохъ и бобы.
Облупи рѣпу.
Изрѣжь вдоль,
— кружками.
Есть ли у тебя виноградный сокъ?
Гдѣ положилъ ты терку?
Я положилъ на мѣсто.

Perfunde eam butyro.
Pone cratem ferream super candentes carbones.
Frige *vel* inassa lucanicas,
— porcinas costas,
— caput vitulinum, vervecinum.
Line butyro.
Satis frictum est.

Interea haec pulticula coquatur modico igne,

— supra favillam.
Detrahe plumas his pullis gallinaceis et columbinis.
Adorna, ut par est.
Trajice lardo lepŏrem.
Ubi est acus lardaria?
Porrige mihi lardi aliquid.

Hoc lardum est rancidum.
Sume alveolum et cultrum incisorium atque seca minutim carnem.
Exue siliqua pisum et fabas.

Deme cutem rapae.
Seca in longum,
— in orbes.
Habesne omphăcium?

Ubinam posuisti radŭlam?
Posui eam suo loco.

---

Figo, ĕre (xi, ctum), воткнуть.
Adjuvare quem, помогать кому.

Alauda, ae, f. жаворонокъ.
Circumagĕre (ēgi, actum), оборачивать.
Attollĕre, поднимать.

Perfundo (di, sum), поливать,
Crates ferrea, рѣшетка.
Candentes carbones, горящіе уголья.
Frigĕre (xi, ctum), жарить.
Costae porcinae, котлеты.
Lino, ĕre, (livi, litum), мажу.
Pulticula, ae, f. похлёбка.
Favilla, ae, f. горячая зола.
Detraho (xi, ctum), plumas, ощипать.
Adornare, сложить.
Trajicio (jeci, jectum) lardo, нашпиковать.
Acus lardaria, шпиковальная игла.
Rancidus, прогорклый.
Alveŏlus, i, m. корытцо.
Culter incisorius, сѣчка.
Secare minutim, изрубить.
Exuĕre siliqua, отшелушить.
Faba, ae, f. бобъ.
Demĕre (si, mtum) cutem, облупить.
Secare in orbes, рѣзать кружками.
Omphacium, i, n. виноградный сокъ.
Radŭla, ae, f. терка.

## УРОКЪ 14. LECTIO. XIV.

*Что бываетъ прежде отхожденія и послѣ отхожденія ко сну.*

*Quae praecedunt discessum ad cubitum et quae eum sequuntur.*

Уже смеркается. — Jam vesperascit.
Наступаетъ ночь. — Nox appĕtit.
Уже поздно. — Jam procedit in silentium noctis.
Я дремлю. — Dormio leniter.
Мнѣ спать хочется. — Dormiturio.
Мнѣ сильно спать хочется. — Somno vincor.
Глаза жмурятся. — Somno connivent oculi.
Я уже не могу открыть глазъ. — Non amplius possum aperire oculos.
Пойдемъ ложиться спать. — Conferamus nos ad lectum.
Я иду спать. — Equidem peto lectum.
Я иду лечь въ постелю. — Volo me lecto committere.
Вы рано ложитесь спать. — Tu maturius discedis cubĭtum.
Вы сонливы. — Somniculosus es.
А вы поздно ложитесь. — Tu vero serus petis lectum.
Я люблю сидѣть до поздой ночи. — Amo vigilare ad multam noctem.

Сидите, сколько вамъ угодно. — Vigila, quantum vis.

Я желаю вамъ покойной ночи. — Opto tibi placidam noctem.

Почивайте спокойно. — Dormi placide.

(слугѣ) — (puero).

Подай мнѣ сальную свѣчу, — Cedo mihi candelam sebaceam,

— восковую свѣчу. — — candelam ceream.

Засвѣти свѣчу. — Accende lumen *vel* candelam.

Поставь ее въ подсвѣчникъ. — Insere eam candelabro.

Гдѣ щипцы? — Ubi sunt forficulae?

Сними со свѣчи. — Deme fungum.

Посвѣти мнѣ. — Lumen admŏve *vel* (alio sensu) lumen praefer.

~~~~~~~~~~~

Adpetĕre (tivi, titum), наступать.

Procedĕre (ssi, ssum), идти далѣе.

Dormio leniter, дремлю; somno vinci, сильно хотѣть спать.

Dormiturio, хочу спать.

Connivere (ivi *vel* ixi, жмуриться.

Aperire oculos, открыть глаза.

Conferre se in lectum, ложиться спать.

Discedĕre cubitum, идти спать.

Maturius, ранѣе обыкновеннаго.

Petĕre lectum, расположиться спать.

Somniculosus, сонливый.

Vigilare ad multam noctem, не спать до поздой ночи.

Optare placidam noctem, желать покойной ночи.

Candela sebacea, сальная свѣча; cerea, восковая.

Accendĕre (di, sum) lumen *vel* lucernam, зажечь свѣчу.

Inserĕre (serui, sertum), candelabro, поставить въ подсвѣчникъ.

Forficulae, arum, f. щипцы.

Demo, ĕre, (emsi, emtum) fungum, снять со свѣ-

Lumen praeferre, lumen admovere, посвѣтить кому-чи.

~~~~~~~~~~~

| Продолженіе. | Pars altera. |
| --- | --- |
| Я хочу раздѣваться. | Volo exui veste. |
| Раздѣвай меня. | Exue mihi vestem. |
| Подай мой шлафрокъ и мои туфли. | Porrige mihi vestem e lecto et sandalia *vel* crepidas. |
| Разуй меня, сними съ меня чулки. | Excalcea me *vel* deme mihi tibialia. |
| Гдѣ мой колпакъ? | Ubi est cucullus meus nocturnus? |
| Вотъ онъ. | Tene ipsum. |
| Гдѣ моя фуфайка? | Ubi est tunica mea *vel* subucŭla? |
| Вотъ она. | En adest. |
| Положи все мое платье въ порядкѣ, чтобъ завтра по утру все найти было можно. | Pone omnem vestem ordine, ut cras mane facilius reperiri possit. |
| Перестлалъ ли ты мою постель? | Stravistine lectum meum? |
| Перестлана ли моя постель? | Num lectus meus stratus est? |
| Еще не перестлана. | Nondum. |
| Перестели же ее какъ можно скорѣе. | Sterne igitur eum quam celerrime. |
| Постеля худо постлана. | Lectus male stratus est. |
| Перестели снова. | Denuo sterne lectum. |
| Перестели хорошенько перину, тюфякъ. | Concute, ut est par, culcitram. |
| Задерни занавѣсъ. | Obduc velum ductile. |
| Постеля холодна. | Lectus est frigidus.. |
| Вели ее нагрѣть. | Cura eum tepefaciendum. |
| Гдѣ жаровня? | Ubi est batillus cubicularius? |
| Возьми прочь свѣчу. | Aufer *vel* tolle candelam. |
| Я люблю читать въ постели. | Juvat me legere jacentem in lecto. |
| Погаси свѣчу. | Extingue lucernam. |
| Разбуди меня завтра рано. | Cras me excita e somno *vel* suscita mane. |

Не забудьте; мнѣ надо встать на разсвѣтѣ.

Дай мнѣ спать.

Ты мѣшаешь мнѣ спать.

Онъ спитъ крѣпко.

Noli deesse; cras me oportet surgere diluculo primo *vel* cum prima luce *vel* sub lucis ortum.

Sine me dormire.

Obstas, quominus dormiam.

Arcte graviterque dormit.



Exuĕre (ui, utum) vestem, скидать платье.

Vestis e lecto, шлафрокъ.

Sandalia, orum, n. *vel* crepidae, arum, туфли.

Excalceare, разуть.

Demĕre tibialia, снять чулки.

Cucullus nocturnus, колпакъ.

Tunica, f. subucŭla, фуфайка.

Ordine ponere, положить въ порядкѣ.

Sterno, stravi, stratum, nĕre стелю.

Quam celerrime, какъ можно скорѣе.

Denuo sternĕre, перестлать.

Concutĕre (cussi, cussum), перестлать всю постель, т. е. подушки, тюфякъ, одѣяло.

Obducĕre (xi, ctum), задернуть.

Velum ductĭle, занавѣсъ.

Auferre (abstuli, ablatum) candelam, унести свѣчу.

Jacĕre (jacui, jactum), лежать.

Extinguere lucernam, погасить свѣчу.

Excitare mane, разбудить рано.

Surgĕre (rexi, rectum) diluculo primo, cum prima luce, sub lucis orum, встать на разсвѣтѣ.

Obsto, stiti, stitum, stare, мѣшать.

Quominus, чтобъ не.

Arcte graviterque dormire, спать крѣпко.



## УРОКЪ 15.

*О вставаніи съ постели и одѣваніи.*

Вы еще въ постели?

Вы еще спите?

Пробудитесь.

Вставайте.

Уже разсвѣтаетъ.

## LECTIO XV.

*De egressu e lecto et indutu.*

Adhuc in lecto jaces?

Adhuc dormis?

Expergiscĕre.

Surge.

Jam lucescit.

| | |
|---|---|
| Который часъ? | Quota est hora? |
| Еще очень рано. | Adhuc est multo mane. |
| Не поздно. | Non multum lucis processit. |
| Семь часовъ било. | Septima hora sonuit. |
| Не ужь ли такъ поздно? | Num tantum diei processit? |
| Я не думалъ, чтобы такъ поздно было. | Non putabam, tantum diei processisse. |
| Я спалъ сномъ крѣпкимъ. | Arcte graviterque dormivi. |
| Пора мнѣ встать. | Tempus est, ut surgam. |
| (puero) | (слугѣ) |
| Засвѣти свѣчу. | Accende lumen. |
| Разведи огню. | Fac ignem. |
| Затопи печь. | Cura fornacem calefaciendam. |
| Подай мнѣ нижнее платье. | Praebe mihi femoralia. |
| Подать ли вамъ шлафрокъ? | Quaeris amiculum cubicularium? |
| Не только шлафрокъ, но и чулки, носки. | Non tantum quaero amiculum cubicularium, sed etiam tibialia, soccos. |
| Мои чулки въ дырахъ. | Tibialia mea sunt pertusa. |
| Петля спустилась. | Macula defluxit. |
| Подними ее. | Restitue eam. |
| Подай мнѣ подвязки. | Peraebe mihi periscelides. |
| Вотъ ваши башмаки. | Tene *vel* habe calceos tuos. |
| Вычисти мои башмаки. | Deterge *vel* purga calceos. |
| Натри ихъ ваксою. | Indue cera calcearia. |
| Подай мнѣ воды умыться. | Cedo aquam lavandis manibus et faciei. |
| Мнѣ надо умыть лице и руки. | Opus est, ut faciem et manus lavem. |
| Гдѣ круглое мыло? | Ubi est globus saponaceus? |
| Гдѣ рукомойникъ? | Ubi est malluvium? |
| Гдѣ утиральникъ? | Ubi est mantile? |
| Гдѣ гребни? | Ubi sunt pectines? |
| Гдѣ футляръ для гребня? | Ubi est pectinis theca? |
| Гдѣ рѣдкой гребень? | Ubi est pecten rarioribus radiis? |
| Гдѣ частый гребень? | Ubi est pecten densioribus radiis? |
| Вычисти гребень. | Expurga pectinem. |
| Положи на столикъ. | Pone in mensula. |

Expergisci (experrectus sum), пробуждаться.
Lucescit, разсвѣтаетъ.
Multo mane, очень рано.
Procedĕre (ssi, ssum), подвинуться вдаль, впередъ.
Arcte graviterque dormire, спать крѣпко.
Fornacem (ax) calefacĕre, затопить печь.
Femoralia, ium, n. нижнее платье.
Amicŭlus cubicularius, шлафрокъ.
Tibialia, um, n. чулки.
Socci, orum, m, носки.
Esse pertusum (отъ pertundo, tudi, sum) быть въ дырахъ.
Macŭla, ae, f. петля.
Defluĕre (xi, xum), спуститься.
Restituĕre (tui, tutum), поднять, соб. возстановить, привести въ прежнее положеніе.
Periscelides, dum, f. подвязки.
Detergĕre (si, sum), вычистить.
Induĕre cera calcearia, натереть ваксою.
Globus saponaceus, круглое мыло.
Malluvium, ii, n. рукомойникъ.
Mantile, is, n. утиральникъ.
Pecten, ĭnis, m. гребень.
Pectinis thēca, футляръ для гребня.
Pecten rarioribus radiis, рѣдкой гребень.
Pecten densioribus radiis, частый гребень.
Expurgare, вычистить.
Mensŭla, ae, f. столикъ.

---

| *Продолженіе.* | *Pars altera.* |
|---|---|
| Подай мнѣ чистое бѣлье, | Praebe mihi lintea munda *vel* pura; |
| — чистую рубашку. | — indusium purum. |
| Эта рубашка не чиста. | Hoc indusium est immundum. |
| Все бѣлье черно. | Omnia lintea sunt sordida. |
| Оно у прачки. | Sunt apud lotricem. |
| Сходи за нимъ. | Pete ea. |
| Вотъ она сама несетъ. | En ipsa apportat. |
| Хорошо ли оно вымыто? | Num bene lota sunt? |
| Такъ бѣло, какъ снѣгъ. | Tam bene, ut nivis albedinem aequent. |
| Гдѣ мои манжеты? | Ubi sunt limbi crispati? |

| | |
|---|---|
| Какія вамъ угодно? | Quosnam quaeris? |
| Простыя (шитыя, филейныя, кружевныя). | Quaero simplices (acu pictos, reticulatos). |
| Вотъ онѣ. | En hi illi sunt *vel* en adsunt. |
| Готовы. | Sunt in promtu. |
| Вели ихъ пришить къ рубашкѣ. | Cura eos indusio assuendos. |
| Она еще не нагрѣта. | Indusium nondum est calefactum. |
| Я ее нагрѣю, если вамъ угодно. | Calefaciam, si tibi placet. |
| Нѣтъ, нѣтъ, я надѣну ее, такъ какъ есть. | Immo induam, ut est. |
| Подай мнѣ галстухъ. | Cedo mihi collare. |
| Сложи его въ складки. | Complica id. |
| Не изомни его. | Ne corrūga. |
| Гдѣ мой камзолъ? | Ubi est subucula mea? |
| Подай мнѣ платье. | Cedo mihi vestem exteriorem. |
| Какое платье вы надѣнете? | Quam vestem quaeris? |
| То, которое на мнѣ было вчера. | Eam, quam heri indui, |
| Новое платье, | Novam vestem, |
| Которое сшито по послѣдней модѣ, | Quae novum in modum est confecta, |
| Которое спрятано въ платяномъ шкапу. | Quae in arca vestiaria deposita est *vel* servatur. |
| Подай мнѣ платокъ. | Cedo mihi sudarium *vel* muccinium. |
| Подай тотъ, который въ карманѣ у кафтана. | Cedo, quod est in crumena vestis exterioris. |
| Подай перчатки, | Cedo digitalia, |
| —— шляпу, | — pileum. |
| Вычисти мою шляпу. | Verre pileum meum. |
| Гдѣ щетка? | Ubi est scopula vestiaria? |
| Не забудь взять съ собою моего плаща. | Cave obliviscaris sumere tecum pallium meum. |
| Приготовь плащъ. | Adorna pallium. |

Lintea, orum, n. бѣлье.
Mundus, purus, чистый.
Immundus, нечистый.
Indusium, ii, n. рубашка.
Lotrix, icis, f. прачка.
Apportare, несши.
Bene lotus, a, um, чисто вымытый.
Albedo, ĭnis, f. бѣлизна.
Aequare, равняться.
Limbi crispati, манжеты.
Acu pictus, шитый.
Reticulātus, кружевный.
Assuĕre, пришивать.
Collare, is, n. галстухъ.
Corrugare, измять.
Subucula, ae, камзолъ.
Vestis exterior, oris, платье, кафтанъ,
Novum in modum confectus, сшитый по послѣдней модѣ.
Arca vestiaria, платяной шкапъ.
Deponĕre, servare, положить, спрятать.
Sudarium, muccinium, платокъ носовой.
Crumena, ae, f. карманъ.
Digitalia, ium, n. перчатки.
Verrĕre, вычистить.
Scopŭla vestiaria, щетка.
Pallium adornare, приготовить плащъ.

~~~~~~~~~~~

## УРОКЪ 16. — LECTIO XVI.

### *О погодѣ.* — *De tempestate vel coeli affectione.*

| | |
|---|---|
| Какова погода? | Quaenam est coeli facies? *vel* quinam est coeli status? |
| Солнце свѣтитъ ли? | Num sol lucet? |
| Погода на дворѣ свѣтлая. | Coelum est serenum. |
| Погода прекрасная. | Coelum est sudum. |
| Погода сухая. | Aër est siccus. |
| Погода умѣренная. | Coelum est moderatum. |
| Погода пасмурная. | Coelum est triste *vel* tempestas est tristis, |
| Погода сырая, | Tempestas est uvida, |
| Погода дурная, | Tempestas est spurca, |
| —— самая дурная. | —— spurcissima. |
| Время у насъ дождевое. | Dies habemus pluviales. |
| Погода непостоянная. | Coelum est varium. |
| Погода перемѣняется. | Tempestas mutatur. |
~~~~~~~~~~~

| | |
|---|---|
| Погода мрачная, | Coelum est caliginosum, |
| —— облачная, | —— nubilum, |
| —— нѣсколько пасмурная, | —— subnubilum, |
| —— туманная, | —— nebulosum, |
| —— дождливая, | —— pluvium, |
| —— бурная, | —— procellosum. |
| —— вѣтреная. | —— ventosum. |
| Облака собираются прегустыя, | Nubes coguntur densissimae, |
| —— дождевыя. | —— pluviae, aquosae. |
| Небо склонно къ дождю, | Coelum pluviam minatur. |
| Расположилось къ дождю. | Coeli status pluvius est. |
| Идетъ ли дождь? | Num pluit? |
| Идетъ и притомъ большой. | Pluit et quidem est imber. |
| Премного идетъ дождя. | Magna vis aquae dejicitur coelo. |
| Это только проливной дождь. | Est non nisi pluvia subito cadens. |
| Скоро пройдетъ. | Momento abibit. |
| Боюсь, что дождь пойдетъ. | Timeo, ne pluat. |
| Не бойся, это только облако, которое пройдетъ тотчасъ. | Noli timere, nihil aliud est, quam nubes, quae illico praeteribit. |
| Дождь виситъ. | Pluvia imminet *vel* instat. |
| Дождь пошелъ, | Pluvia venit *vel* cooritur, |
| — шумитъ. | — strepitum edit. |
| Былъ большой дождь. | Multum pluit. |
| Быстро стремятся дождевые потоки, | Torrentes feruntur praecipites. |
| Увлекаютъ все, что имъ ни попадется на пути. | Rapiunt, auferunt omnia iis obvia. |
| Пойдемъ подъ кровлю укрыться отъ дождя. | Subeamus tectum, ut nos adversus pluviam muniamus. |
| Останься здѣсь, пока пройдетъ дождь. | Mane hic, donec pluvia abieerit (desierit). |
| Сильный идетъ дождь. | Largi cadunt imbres. |
| Насъ промочило до костей. | Sumus penitus madefacti. |
| Думаете ли, что дождь продолжится? | Num putas, pluviam esse duraturam? |
| Я не думаю, чтобъ онъ сегодни пересталъ. | Non puto, eam hodie finem habituram esse. |

Tristis, e, пасмурный.
Uvidus, сырой.
Spurcus, дурной.
Pluvialis, e, дождевой.
Caliginosus, мрачный.
Nubilus, облачный.
Subnubilus, нѣсколько пасмурный.
Nebulosus, туманный.
Procellosus, бурный.
Ventosus, вѣтреный.
Cogi, собираться.
Minari, грозить.
Imber, bris, m. сильной дождь.
Pluvia cooritur, дождь пошелъ.
Strepitus, us, m. шумъ.
Torrens, ntis, m. дождевой потокъ.
Obvius, встрѣчный.
Munire se, укрыться.
Penitus madefactus, промокшій до костей.
Durare, продолжаться.

*Продолженіе.* / *Pars altera.*

| | |
|---|---|
| На дворѣ тепло, | Tempestas est calida, |
| ——— не холодно, | ——— tepida, |
| ——— очень жарко, | ——— torrida, |
| ——— знойно. | ——— ignea *vel* aestuosa. |
| Печетъ. | Sol ūrit *vel* pungit, ferit. |
| Молнія сверкаетъ. | Fulgurat *vel* fulminat. |
| Сильная буря | Cooritur saevus venti impetus. |
| Большой вихрь. | Ingens cooritur turbo. |
| Вотъ дерево, въ которое громъ ударилъ. | Ecce arbor, quam fulmen tetigit *vel* percussit. |
| Градъ идетъ, | Grandinat. |
| Градъ падаетъ быстро. | Grando cadit praecipitans. |
| Дождемъ прибило пыль. | Pluvia sedavit pulverem. |
| Грязно на улицахъ. | Viae *vel* plateae sunt lutosae. |
| Непогода утихла. | Tempestas consedit. |
| Непогода миновалась. | Tempestas desiit. |
| Разгуливается. | Dies clarescit *vel* disserenascit. |
| Облака расходятся. | Nebulae discutiuntur, dispelluntur. |
| Солнце начинаетъ показываться. | Sol relucescit. |
| Я вижу радугу. | Video iridem. |
| Это знакъ хорошей погоды. | Hoc serenitatem praenuntiat. |

| | |
|---|---|
| Уже вечеръ. | Dies inclinat *vel* declinat in vesperam. |
| Солнце садится. | Sol occidit *vel* descendit. |
| Вечерняя роса падаетъ. | Vespertinus ros cadit. |
| Уже ночь. | Nox appetit *vel* imminet. |
| Луна уже восходитъ. | Luna jam oritur. |
| Мѣсяцъ свѣтитъ. | Luna lucet. |
| На дворѣ прекрасное мѣсячное время. | Luna nitet *vel* exhibet splendorem nitidum. |
| Тихая лунная ночь | Luna silet. |
| Свѣтитъ во всю ночь. | Luna est pernox *vel* lucet noctem perpetem. |
| Около луны вѣнецъ, кругъ. | Luna obducta est area *vel* circulo. |
| Уже полночь. | Nox est media, intempesta. |
| Большая часть ночи прошла. | Plurimum noctis abiit. |
| Разсвѣтаетъ. | Dilucescit. |
| Утренняя роса пала. | Ros matutinus cecidit. |
| Звѣзды исчезли. | Stellae ex oculis se subduxerunt *vel* e conspectu recesserunt. |

~~~~~~~~~~

Torrĭdus, очень жаркой.
Aestuosus, знойный.
Urĕre (ussi, stum), жечь, палить.
Saevus venti impetus, буря.
Turbo, ĭnis, m. вихрь.
Sedare, прибить.
Pulvis, ĕris, m. пыль
Consīdo, ēdi, ssum, утихнуть.
Disserenascit, разгуливается.
Discutĕre (ssi, ssum), разгонять.
Relucescĕre, опять показываться.
Praenuntiare, предвозвѣщать.
Nitĕre, свѣтить.
Luna pernox (ctis), луна, которая свѣтитъ во всю ночь.
Lucĕre noctem perpetem, свѣтить цѣлую ночь.
Area, f. кругъ около луны.
Dilucescĕre, разсвѣтать.
Se subducĕre ex oculis, исчезать, скрыться изъ глазъ.

~~~~~~~~~~

| *Продолженіе.* | *Pars tertia.* |
|---|---|
| На дворѣ не холодно ли? | Num coelum est frigidum? |
| Да, очень холодно. | Etiam, tempestas est perfrigida. |
| Жестокой холодъ. | Frigus est asperum. |
| Холодъ несносный. | Frigus est intolerandum. |
| Никогда еще такъ холодно не было. | Nunquam antehac tam asperum habuimus frigus. |
| Я думаю, что не очень морозитъ. | Puto, non valde gelare. |
| Замерзло. | Gelavit. |
| Рѣка стала. | Fluvius est glacie obductus *vel* obriguit. |
| Дѣти могутъ теперь кататься на конькахъ. | Datur occasio pueris utendi calopodiis. |
| Я озябъ. | Algeo. |
| У меня ноги озябли. | Pedes frigent *vel* pedibus frigeo. |
| У меня пальцы отъ стужи оцѣпенѣли. | Manus prae frigore torpent *vel* sopitae sunt. |
| Снѣгъ идетъ. | Ningit. |
| Погода снѣжная. | Tempestas est nivalis. |
| Снѣгъ падаетъ большими снѣжинами. | Maximi nivis flocci cadunt. |
| Вѣтеръ поднимается. | Ventus cooritur. |
| Сильный дуетъ вѣтеръ. | Ventus flat vehemens. |
| Вѣтръ свирѣпствуетъ. | Ventus saevit. |
| Вѣтръ дуетъ тихо. | Ventus flat leniter. |
| Вѣтеръ дуетъ холодный. | Ventus flat gelidus. |
| Вѣтеръ перемѣнился (съ другой стороны). | Ventus vertit. |
| Вѣтромъ лице рѣжетъ. | Ventus urit faciem *vel* aspere stringit. |
| Холодъ самый рѣзкій. | Gelu acutissimum est. |
| Я не люблю выходить въ вѣтреную погоду. | Non amo coelo ventoso egredi domo. |
| Погода нездоровая, | Coelum est grave, insalubre. |
| Густый туманъ. | Coelum est nebulosum. |
| Въ десяти шагахъ не льзя различить вещей. | Res duorum passuum spatio internosci nequeunt. |
| Такой густой туманъ, что ничего не видно. | Nebula adeo densa est, ut lucis usum eripiat. |

Туманъ продолжается до полудня.
Туманъ поднимается, поднялся.
Туманъ ложится.
Его разбиваетъ солнце.
Это смрадный туманъ.
Сегодня будетъ хорошая погода.

Nebula multum diei durat.
Nebula surgit, elevata est.
Nebula petit ima.
Nebula sole dispellitur.
Haec est nebula putida.
Hodie serenum erit.

~~~~~~~~~~~~

Perfrigidus, очень холодный.
Asper, ra, rum, жестокій.
Intolerandus, несносный.
Gelat, морозитъ.
Glacie obduci, замерзнуть.
Obrigescĕre, замерзнуть.
Uti calopodiis, кататься на конькахъ.
Algēre (alsi, alsum), озябнуть.
Prae frigore torpēre *vel* sopītum esse, оцѣпенѣть отъ стужи.

Flocci nivĭs, снѣжины.
Saevire, свирѣпствовать.
Ventus vertit, вѣтръ перемѣнился (съ другой стороны).
Ventus aspere stringit, (nxi, ctum) faciem, вѣтромъ лице рѣжетъ.
Acutissimus, самый рѣзкой.
Insalubris, e, нездоровый.
Internoscĕre, распознать.
Eripere lucis usum, отнимать свѣтъ.
Putĭdus смрадный.

~~~~~~~~~~~~

## УРОКЪ 17.

### *О веснѣ.*

Весна приближается.
Погода становится мягче.
Холодъ примѣтно уменьшается.
Теперь не такъ холодно, какъ было передъ симъ за недѣлю,
— какъ было недѣли за двѣ.
Дни прибавляются, становятся длиннѣе.

## LECTIO XVII.

### *De vere.*

Ver appetit *vel* appropinquat.
Coelum mitescit
Frigus insigniter remittit.
Non amplius est tantum frigus, quantum priore septimana habuimus,
Quantum prioribus duabus septimanis habuimus.
Dies crescunt, fiunt longiores.

| | |
|---|---|
| Теперь у насъ равноденствіе. | Habemus aequinoctium. |
| Трава показывается. | Gramen exstat *vel* se exserit. |
| Деревья зеленѣютъ. | Arbores virescunt. |
| Деревья уже распускаются, | Arbores frondescunt, |
| Пускаютъ почки, | — — gemmant. |
| На нихъ уже есть листья. | Jam folia emiserunt. |
| Они уже въ цвѣту. | Jam florent *vel* floribus se induunt. |
| Посѣвъ взошелъ. | Sementis germinat. |
| Все, кажется, оживляется. | Omnia videntur renasci. |
| Пойдемъ въ садъ. | Eamus in hortum. |
| Вотъ прекрасный цвѣтокъ! | Vide pulcherrimum flosculum! |
| Что это за цвѣтокъ? | Quinam iste flosculus? |
| Гіацинтъ. | Est hyacinthus. |
| А эти, которые у насъ передъ глазами? | Et hi, qui visui nostro occurrunt? |
| Фіалки, | Sunt violae, |
| — ключики, | — primulae veris, |
| — медвѣжьи ушки. | — ursi auriculae. |
| Вотъ прекрасные цвѣты! | En pulcherrimi flores! |
| Скоро разцвѣтутъ тюльпаны, | Mox tulipae florescent, |
| — также и нарциссы, | —— narcissi quoque. |
| Вотъ хорошія розы! | En pulchrae rosae! |
| Нынѣшній годъ нѣтъ у насъ весны. | Hoc anno nullum ver habemus. |
| Весна походитъ на зиму. | Ver refert hiemem. |
| У всѣхъ еще топятся комнаты. | Omnes adhuc calefaciunt conclavia |
| Попеременно бываетъ то дождь, то снѣгъ. | Modo pluit, modo ningit. |
| Времена года перемѣшались. | Anni tempora inversa sunt *vel* incerto motu discurrunt. |
| Ничего не произрастаетъ. | Omnia male proveniunt. |
| Хорошей погоды давно мы не видали. | Serenitas diu desideratur. |
| Долго ждать ясной погоды. | Diu serenum desiderabitur. |



Mitescĕre, становиться мягче.
Insigniter, примѣтно.
Aequinoctium, ii, равноденствіе.
Exstare, показываться; se exserĕre, то же.
Frondescĕre, распускаться.
Gemmare, пускать почки.
Sementis germinat, хлѣбъ взошелъ.
Referre, походить.
Desiderari, не видать чего, не имѣть.



## УРОКЪ 18. LECTIO XVIII.

### О лѣтѣ. De aestate.

| | |
|---|---|
| Становится тепло. | Aër calescit. |
| Погода теплая. | Aër calet *vel* tempestas est calida. |
| Приходитъ лѣто. | Aestas appropinquat. |
| Какой жаръ! | Quantus calor! |
| Какой зной! | Quantus aestus! |
| Солнце печетъ. | Sol urit. |
| Солнечный жаръ усиливается. | Calor solis ingravescit. |
| Сильный зной душитъ. | Aestus premit *vel* angit. |
| Прежарко. | Aestus est ingens. |
| Погода знойная. | Tempestas est fervida. |
| Не жарко ли вамъ? | Num cales? |
| Мнѣ жарко. | Caleo. |
| Жаръ солнца усилился. | Ardor solis invaluit. |
| Я чрезвычайно потѣю. | Maximopere sudo. |
| Я весь мокоръ. | Totus madeo. |
| Сегодни жарче вчерашняго. | Hodiernus (ardor) calor superior est hesterno. |
| Жаръ убавляется. | Calor (ardor) remittit *vel* frangit. |
| У насъ нынче будетъ жаркое лѣто, | Hanc aestatem habebimus calidissimam, |
| — сухое лѣто. | Hanc aestatem habebimus siccam. |
| Надо бы немного дождя. | Opus est modica pluvia. |

Дни прибавляются, а ночи убываютъ. — Dies crescunt et noctes fiunt breviores.

У насъ теперь каникулы. — Habemus dies caniculares.

Трава уже очень велика. — Herba jam insigniter accrevit.

Ее скоро будутъ косить. — Mox desecabitur *vel* subsecabitur falcibus.

Уже косятъ. — Jam secantur *vel* caeduntur prata.

Уже сѣнокосъ. — Est foenisecium.

Косцы проворны. — Foenisēces sunt strenui *vel* impigri.

Ворочаютъ сѣно. — Furcillis versatur foenum.

Ставятъ копны. — Ponuntur foeni metae.

Вотъ большой возъ сѣна! — Ecce magna vehes foeni!

Наступаетъ жатвенный мѣсяцъ. — Mensis messorius appetit.

Жатва наступила. — Messis adest.

Когда начнутъ жать? — Quando fruges *vel* frumenta demetentur?

Уже начали жать. — Jam messis peragitur.

Начался жатвенный праздникъ. — Festum messorium celebratur.

Хлѣбъ прибило дождемъ. — Segētes procubuēre imbribus.

Отъ хорошей погоды онъ встанетъ. — Sudum coelum restituet *vel* relevabit eas.

Жатва нынѣ будетъ преобильная. — Hoc anno maximus frumenti numerus erit.

Хлѣбъ уже жнутъ. — Segetes jam demetuntur.

Надо нанять жнецовъ. — Conducendi sunt messores.

Мы завтра будемъ жать свой. — Cras fruges nostras demetēmus.

Надо хлѣбъ свозить съ поля. — Frumentum est convehendum.

Сколько сжато споповъ? — Quot collecti sunt manipuli?

Мы сжали болѣе тысячи. — Collegimus amplius mille.

Нынѣшній годъ будетъ обиленъ также и древесными плодами. — Hic annus pomis quoque exuberabit.

Ingravescĕre, усиливаться.
Angĕre (xi), мучить.
Invalescĕre, усилиться.
Desecare falce, косить.
Strenuus, impiger, gra, grum, проворный.
Furcillis versare, ворочать.
Metae foeni, копны сѣна.
Vehes, vehis, is, f. возъ.
Festum messorium, жатвенный праздникъ.
Procumbĕre (bui, bitum), упасть.
Demetĕre (ssui, ssum), пожинать.
Conducĕre (xi, ctum), нанимать.
Manipulus, i, m. снопъ.
Colligĕre manipulos, собрать снопы.

---

| УРОКЪ 19. | LECTIO XIX. |
|---|---|
| *Объ осени.* | *Da autumno.* |
| Небо пасмурно. | Coelum est triste. |
| Воздухъ прохладенъ. | Coelum est frigidiusculum. |
| Воздухъ густой. | Coelum est crassum *vel* concrētum. |
| Лѣто проходитъ, въ исходѣ. | Aestas abit, in exitu est. |
| Лѣто прошло. | Aestas elapsa est. |
| Осень заступила его мѣсто. | Autumnus ei subiit. |
| Листья падаютъ съ деревьевъ. | Folia ex arboribus decidunt. |
| Хотите ли идти въ виноградникъ? | Libetne ire in vineam? |
| Съ большимъ удовольствіемъ. | Perlibenter. |
| Кушайте виноградъ, | Comede, quaeso, uvas, |
| —— бѣлый, | —— albas, |
| —— черный, | —— atras, |
| —— мушкатный. | —— apianas. |
| Онъ уже совсѣмъ созрѣлъ. | Sunt solibus coctae *vel* maturae. |
| Виноградъ еще киселъ, | Uvae sunt acerbae, |
| Онъ еще зеленъ. | Peracerbae sunt. |

| | |
|---|---|
| Скоро будутъ собирать виноградъ. | Brevi uvae legentur *vel* mox vindemia fiet *vel* vindemia convehetur. |
| Вина нынѣшній годъ будутъ хороши. | Horna vina erunt bona. |
| Нынѣ винограду былъ урожай. | Hoc anno magnus vini numerus fuit. |
| Вино будетъ дешево. | Vinum parvi pretii erit. |
| Мы завтра свой виноградъ употребимъ въ дѣло. | Cras uvas nostras prelo prememus. |
| Выпейте, прошу васъ, сладкаго вина. | Bibas, quaeso, mustum. |
| Хотите ли вы персиковъ или сливъ? | Utrum vis persica mala, an pruna sumere? |
| Я лучше люблю воложскіе и простые орѣхи. | Praefero iis juglandes et nuces avellanas. |
| Завтра станемъ собирать яблоки, | Cras legemus poma, |
| Также груши. | Pira quoque. |
| Сѣно косятъ въ другой разъ. | Prata siciliuntur. |
| Пашутъ землю. | Terra aratur. |
| Мы засѣяли свои поля. | Sementem in agris nostris fecimus. |
| Мы скоро въ своемъ прудѣ будемъ ловить рыбу, удить рыбу. | Brevi in stagno nostro pisces captabimus *vel* hamo piscabimur. |
| Въ немъ много рыбы. | Stagnum est piscosum *vel* pisculentum. |
| Въ немъ также есть раки. | Cancri quoque in eo sunt. |

Crassus, concrētus, густой.
Uvae, arum, f. виноградъ, грозды; vinum, тоже.
Acerbus, кислый.
Vindemia, собираніе винограда.
Hornus, нынѣшняго году.
Prelo premĕre uvas, давить виноградъ.
Acerbus, кислый.
Mustum, молодое, сладкое вино.
Prata siciliuntur, луга косятся въ другой разъ.

## УРОКЪ 20.

### *О зимѣ.*

Дни примѣтно убавились.
По утрамъ холодно.
Зима подходитъ.
Зима.
Вечера длинны.
Огонь въ бо́льшемъ употребленіи.
Теперь хорошо у огня.
Въ пятомъ часу уже темно.
Темно.
Смеркается въ четыре часа.
Не знаешь, въ чемъ провождать время.
Нынѣшняя зима холодна.

Сколько люди запомнятъ, не было такой жестокой зимы.
Надо запастись зимнимъ платьемъ.
Я совершенно озябъ.
У меня руки весьма озябли, — окоченѣли.
Видишь, сакъ улицы занесло снѣгомъ!
Какія кучи снѣгу!
Въ комнатѣ занесло окна.

Въ комнатѣ становится темно.
Въ комнатѣ стало холодно.
Скажи слугѣ, чтобъ онъ затопилъ печь.
Погрѣйтесь.
Приближтесь къ камину.

## LECTIO XX.

### *De hieme.*

Dies insigniter decreverunt.
Matutinum tempus est frigidum.
Hiems subest.
Hiems adest.
Vespertinum tempus diu tenet.
Usus ignis ſit frequentior.

Nunc sedere ad ignem juvat.
Quarta audita ingruunt *vel* oboriuntur tenebrae.
Sunt tenebrae.
Crepusculum incipit *vel* oboritur quarta audita.
Nescis, quibus in rebus tempus absumas.
Haec hiems est gravis, acris, aspera.
Post hominum memoriam haec hiems est asperrima *vel* gravissima.
Comparanda est vestis frigori propulsando.
Totus frigeo.
Mihi praerigent manus, — frigore obriguerunt.
Vides, ut plateae nivibus oppletae sunt!
Quam ingentes nivis acervi!
Tesserae vitreae concreta nive oppletae sunt.
Conclave obscuratur.

Conclave refrigeratum est.
Dic puero, vt fornacem calefaciat.
Asside ad focum.
Adsta propius camino.

| | |
|---|---|
| Надѣньте свое зимнее платье, | Indue vestem hibernam; |
| —— свой тулупъ, | — cubicularem pelliceam vestem. |
| —— свою шубу, | Utere pellicea veste. |
| Возьмите свою муфту, | Utere villosa manica, |
| —— свою шапку. | — pellito pileo. |
| Надѣньте теплые сапоги. | Indue ocreas pellitas. |



| | |
|---|---|
| Diu tenere, быть длинну. | Tesserae vitreae, окна, стекла. |
| Comparare vestem, запастись платьемъ. | Cubicularis pellicea vestis, тулупъ. |
| Praerigēre, очень озябнуть. | Villosa manica, муфта. |
| Oppletus nivibus, занесенный снѣгомъ. | Pellitus pileus, шапка. |
| Ingentes nivis acervi, большія кучи снѣгу. | Ocreae pellitae, теплые сапоги. |



| *Продолженіе.* | *Pars altera.* |
|---|---|
| Скажи слугѣ, чтобъ онъ развелъ огонь, | Dic puero, ut lignis exstruat focum, |
| Чтобъ положилъ еще нѣсколько, одно или два хорошія полѣна. | Ut ponat insuper aliquot, unum et alterum lignum sectum. |
| Станьте къ огню. | Applica te ad ignem. |
| Морозъ. | Gelat. |
| Иней. | Pruina texit terram. |
| Стала гололедица. | Est glacies lubrica. |
| На дворѣ очень скользко. | Foris est tam lubrica via, ut facile labaris. |
| Слышите ли, какъ дрова трещатъ? | Audin', ut ligna secta crepitent? |
| Это знакъ, что морозитъ. | Est indicium, gelascere. |
| Мы топимъ турфомъ. | Nos humo turfa calefacimus conclavia. |
| Я предпочитаю имъ дрова. | Ego praefero ei ligna secta. |

Огонь дровъ для меня гораздо пріятнѣе.
Ignis, lignis sectis proveniens, est mihi longe acceptior.

Слышишь ль, какой вѣтеръ!
Audin', qui flet ventus!

Съ сѣвера дуетъ ужасный вѣтеръ.
A septentrione flat ventus violentus.

Вѣтеръ усиливается.
Ventus increbrescit.

Отъ вѣтру трескаются губы.
Labia vento finduntur.

На дворѣ сдѣлалась оттепель.
Gelu (se) remittit.

Ледъ уже таетъ.
Glacies liquescit *vel* tabescit.

Зима идетъ къ концу.
Hiems praecipitat.

Скоро весна обрадуетъ всю природу.
Mox ver laetificabit *vel* exhilarabit totam naturam.

Дни прибавляются.
Dies fiunt longiores.

Почти не было у насъ зимы.
Nullam fere habuimus hiemem.

~~~~~~~~~

Exstruĕre focum, развести огонь.
Glacies lubrica, гололедица.
Pruina, ae, f. иней.
Crepitare, трещать.
Liquescĕre, tabescĕre, чахнуть, таять.
Praecipitare, идти къ концу.
Laetificare, exhilarare, развеселить.

~~~~~~~~~

## УРОКЪ 21.

## LECTIO XXI.

*Какъ утверждать, отрицать, соглашаться и проч.*

*Formulae affirmandi, negandi, consensum praebendi, etc.*

Это правда.
Hoc est verum.

Правда ли это?
Num hoc verum est?

И очень правда.
Quin etiam verissimum.

Я васъ увѣряю.
Assero, assevero, pro certo affirmo.

Я смѣю васъ въ томъ увѣрить.
Audeo pro certo affirmare.

Я говорю вамъ не шутя.
Dico serio, extra jocum.

Точно, по истиннѣ.
Ita, profecto, sane, certo.

| | |
|---|---|
| По совѣсти. | Bona fide. |
| Клянусь вамъ въ этомъ. | Firmo jurejurando hanc rem. |
| Клянусь такъ, какъ не можно болѣе клясться. | Juro verissimum jusjurandum. |
| Повѣрь мнѣ, какъ человѣку, который клянется. | Jurato mihi crede. |
| Ручаюсь, что это будетъ. | Do fidem, ita futurum esse. |
| Клянусь моею честію. | Fidem meam sacramento obstringo. |
| Клянусь какъ человѣкъ благородный, честный. | Juro, ut decet virum nobilem, probum. |
| Повѣрь мнѣ. | Crede mihi. |
| Это извѣстное дѣло. | Certa fides facti est. |
| Это однѣ выдумки. | Haec sola sunt commenta. |
| Это сказки. | Hae sunt fabulae anīles. |
| Это не возможно. | Hoc fieri nequit. |
| Это ложно. | Hoc est falsum. |
| Это не правда. | Haec est auditio ficta. |
| Вамъ налгали. | Verba tibi dederunt. |
| Я бьюсь объ закладъ, что это такъ. | Sponsionem facio, hoc ita esse. |
| Я спорю, бьюсь объ закладъ. | Pignore certo. |
| Бьюсь о стахъ рублахъ. | Centum rubellorum sponsionem facio *vel* lacesso sponsione. |
| Я бьюсь объ закладъ, о чемъ вамъ угодно. | Contendo quo vis pignore. |
| Прозакладываю голову и имѣніе. | De capite et fortunis sponsionem facio. |
| Не всему должно вѣрить, что слышимъ. | Non omnibus, quae audias, crede. |
| Или можетъ быть ты шутишь? | An forsan jocaris? |
| Сказать вамъ правду. | Ut vere dicam; ne mentiar; ut dicam ex animo, quae sentio. |
| Вы угадали. | Rem acu tetigisti. |
| Вы попали. | Rem ipsam putasti. |
| Не ложна догадка. | Conjectura non aberrasti. |
| Я это сдѣлалъ шутя. | Hoc feci per jocum. |

Asserĕre, asseverare, увѣрять.
Pro certo affirmare, увѣрять за достовѣрное.
Serio, не шутя.
Firmare jurejurando quid, божиться въ чемъ.
Fidem sacramento obstringĕre, (nxi, ctum), клясться честію.
Commentum, вымыслъ.
Fabulae aniles, сказки.
Verba (alicui) dare, налгать, обмануть.
Sponsionem facere, биться объ закладъ.
Pignore certo, бьюсь объ закладъ.
Acu rem tangere (tetigi, tactum), угадать.
Aberrare, не попасть.
Conjectura, f. догадка.

## УРОКЪ 22. / LECTIO XXII.

### *Какъ совѣтоваться.* / *Formulae consulendi alios.*

Что нужно дѣлать? — Quid opus est factu *vel* quid faciendum est?
Какъ здѣсь поступить? — Quae via est ineunda?
Какъ вы о томъ думаете? — Ea de re quid censes, quid sentis?
Что намъ дѣлать? — Quid faciamus?
Скажите, какъ вы думаете. — Dic, ostende, quis tuus sit sensus?
Какой дадите мнѣ совѣтъ. — Quid dabis mihi consilii?
Что присовѣтуете мнѣ дѣлать? — Quamnam rem mihi suadebis?
Что намъ предпринять? — Quid moliamur *vel* quid conemur?
Если бы я былъ на вашемъ мѣстѣ, то ..... — Ego si tuo loco essem, .....
Не лучше ли такъ, чтобъ.... — Nonne satius esset, si ....
Мнѣ бы казалось лучше, чтобъ .... — Mallem, paeoptarem *vel* hoc mihi potius esset, ut.....
Вы лучше сдѣлаете, если .... — Melius facies, si .....
Если бы мы такъ сдѣлали. — Si tali modo faciamus.
Сдѣлаемъ одно дѣло. — Faciamus unam rem.

| | |
|---|---|
| Позвольте, я сдѣлаю. | Sine me facere. |
| Я того очень желаю. | Sit ita sane; volo; per me licet; esto. |
| Я не прочь. | Non abnuo. |
| Я съ вами согласенъ. | Tibi assentior. |
| Вотъ рука моя. | Rem adsensu meo comprobo. |
| Я не противлюсь. | Non adversor *vel* non repugno. |
| Я того же мнѣнія. | Constat mihi hoc tecum. |
| Я уступаю вашимъ причинамъ. | Tuis rationibus locum do. |
| Ваша правда. | Vere dicis *vel* recte loqueris. |
| И такъ въ добрый часъ! | Sit ita sane! Deus fortunet! |
| Все едино. | Res eodem recidit,redit,spectat. |
| Все равно. | Est unum idemque. |
| Я не хочу. | Per me non licet. |
| Я противъ этого спорю. | Ego in controversiam voco. |
| Я не могу на это согласиться. | De hac re consentire nequeo. |

~~~~~~~~

Inire viam, поступать.
Censēre (sui, sum). думать.
Suadēre (si, sum), совѣтовать.
Moliri, предпринимать; conari, тожъ.
Abnuere, отказываться.
Assentior (assensus sum), согласиться.
Adversari, repugnare, противиться.
Locum dare, уступать.
Deus fortunet! въ добрый часъ!
In controvesiam vocare, спорить.

~~~~~~~~

## УРОКЪ 23. — LECTIO. XXIII.

### *Способъ изъясняться учтиво.* — *Ratio cogitata officiose exprimendi.*

| | |
|---|---|
| Я радуюсь, очень радъ, что вижу васъ въ добромъ здоровьѣ. | Gaudeo, vehementer laetor, capio non mediocrem voluptatem, quod te salvum video. |

| | |
|---|---|
| Мнѣ очень пріятно, что имѣю честь видѣть васъ въ добромъ здоровьѣ. | Volupe est mihi, te bene et recte valere, te integra esse valetudine. |
| Войдите пожалуйте | Intra, quaeso. |
| Не угодно ли вамъ войти? | Libetne tibi intrare? |
| Подите впередъ, я за вами. | I prae, sequar, |
| Покорнѣйше прошу. | Humanissime. |
| Безъ комплиментовъ. | Mittamus blandam compellationem *vel* abstineamus blandis compellationibus. |
| Вы по этому хотите, чтобъ я оказалъ неучтивость? | Vis igitur, me illiberalem *vel* inurbanum esse? |
| Нѣтъ, я никогда до того не забываюсь. | Nunquam eo inurbanitatis procedo *vel* nunquam officio meo desum *vel* nunquam officium meum desero. |
| Я очень знаю, чѣмъ вамъ обязанъ. | Quid tibi debeam, probe calleo. |
| Потому что вы непремѣнно того хотите, я это сдѣлаю, | Quoniam tu utique vis, ego sic faciam, |
| Для того чтобъ вамъ угодить или оказать услугу. | Ut voluntati tuae obsequar *vel* ut officia mea tibi praestem. |
| Дабы не терять времени, я пойду впередъ. | Ne perdam tempus, tibi praeibo. |
| Садитесь пожалуйте. | Considas, quaeso. |
| Какъ! вы уже хотите идти! | Quid! abire jam cogitas? |
| Вы очень торопитесь. | Praefestinas. |
| Останьтесь на время, прошу покорнѣйше. | Mane paululum, humanissime. |
| Право, я не могу. | Profecto non possum amplius morari. |
| Я только пришелъ узнать, все ли вы въ добромъ здоровьѣ. | Adii solummodo comperturus, quomodo valeas. |
| Такъ сдѣлайте мнѣ честь, посѣщайте меня часто. | Habe igitur honorem saepius me invisendo. |
| Не премину. | Non deero. |

Вы мнѣ окажете честь и большое удовольствіе. — Habebis mihi honorem et magnam facies voluptatem.

Humanissime, покорно прошу.
Illiberalis, e, неучтивый; inurbanus, то же.
Deserĕre officium, забыться относительно услугъ.
Calleo, знаю.
Voluntati obsequi (cutus sum), дѣлать что въ угожденіе.
Cogitare, помышлять.
Praefestinare, очень торопиться.
Morari, медлить.

*Продолженіе.* — *Pars altera.*

Прошу меня ссудить этимъ. — Commoda mihi hoc, quaeso.
Сдѣлайте милость, дайте мнѣ это. — Da mihi hoc, amabo te.
Не сдѣлаете ли милость? — Nonne possum a tua humanitate hanc rem impetrare?
Я васъ прошу. — Rogo te.
Покорно васъ о томъ прошу. — Rogo te etiam atque etiam.
Я васъ прошу неотступно. — Oro atque obsecro.
Всепокорно прошу. — Omnibus precibus peto.
Окажите мнѣ милость. — Amabo te, esto ita comis.
Одолжите меня на сей случай. — Precibus meis exorari velis *vel* da locum meis precibus.
Одолжите меня въ этомъ. — Illud quaeso gratificare *vel* quaeso, ut illud gratificeris.
Вы меня до безконечности обяжете. — Illud mihi pergratum perque jucundum erit.
Вы чувствительно меня одолжите. — Facere nihil potes, quod mihi sit jucundius.
Со всею охотою, — Libentissime.
Отъ всего усердія. — Animo libenti.
Отъ всего моего сердца. — Toto animo *vel* pectore.
Все, что вамъ угодно. — Quidquid tibi placeat.

| | |
|---|---|
| Не угодно ли, чтобъ я еще сдѣлалъ что нибудь? | Num praeterea quid vis? |
| Прикажите, | Praescribas, edicas rem, |
| Извольте только приказать. | Praecipias tantum velim. |
| Я ожидаю только вашихъ повелѣній. | Exspecto solummodo mandata tua. |
| Располагайте мною, какъ вамъ угодно. | Utere me, ut tuo *vel* fingas me ad tuum nutum. |
| Удостойте меня вашихъ приказаній. | Habeas mihi honorem tuis mandatis. |
| Поручите мнѣ что. | Injungas mihi aliquam rem. |
| Я васъ благодарю. | Ago tibi gratias. |
| Я вами одолженъ. | Ago cumulate gratias. |
| Я вамъ много обязнъ. | Plurimam tibi *vel* maximam gratiam habeo. |
| Я надѣюсь вамъ отслужить. | Spero, fore, ut tibi par pari rependam, referam. |
| Безъ чиновъ, я васъ прошу. | Mitte, quaeso, verborum lenocinia *vel* abstine verborum blanditiis. |
| Вы меня пристыжаете своими учтивостями. | Mihi pudori est honor, quo me afficis *vel* pudorem affert honor, quem mihi tribuis. |
| Я не люблю чиновъ. | Non amo affectatam urbanitatem. |
| Я обхожусь съ вами безъ чиновъ. | Libere ac familiariter tecum ago. |
| Оставимъ это. | Linquamus haec. |
| Довольно мы уже объ этомъ говорили. | Satis est verborum de hac re. |
| Труда не стоитъ о томъ говорить. | Non est operae pretium, ut de hac re loquamur. |
| Я боюсь во зло употребить вашу благосклонность. | Timeo, ne tua comitate abutar. |
| Никакъ; вы мнѣ сдѣлаете самое большое удовольствіе. | Minime; tam gratum mihi erit, quam quod gratissimum. |
| Я совсѣмъ къ вашимъ услугамъ. | Totus tibi deditus sum. |

Humanĭtas, atis, f. учтивость.

Etiam atque etiam, покорно.

Esse comem (отъ comis), оказать милость.

Gratificari, одолжить.

Praescribĕre (psi, ptum), предписывать.

Edicĕre rem, то же.

Mandatum, i, n. приказаніе.

Rependĕre par pari, отплатить, отслужить.

Affectata urbanĭtas, atis, чины.

Linquĕre (qui, ctum), оставить, отложить.

Operae pretium est, ut, стоитъ того, чтобъ.

Comitas, atis, f. благосклонность.

Abuti (usus sum), употреблять во зло.

---

| *Продолженіе.* | *Pars tertia.* |
|---|---|
| Ссудите меня, пожалуйте этою книгою. | Commoda mihi, quaeso, hunc librum. |
| Сдѣлайте мнѣ это удовольствіе. | Fac mihi hanc voluptatem. |
| Сдѣлайте мнѣ эту милость. | Hoc mihi, quaeso, gratificare. |
| Вы меня одолжите. | Pergratum mihi feceris. |
| Я вамъ за то буду обязанъ. | Gratissimum mihi feceris. |
| Я вамъ отдамъ ее черезъ двѣ недѣли, | Reddam tibi eum quatuordecim diebus elapsis, |
| Или ближе, если вы имѣете въ ней нужду. | Aut prius, ubi tibi opus erit. |
| Со всею охотою. | Perlubenter, cum summa alacritate. |
| Держите ее у себя, сколько вамъ угодно. | Retine, quamdiu tibi libuerit. |
| Читайте ее, когда вамъ вздумается. | Lege, quando tibi erit commodum, *vel* per commodum licebit. |
| Она къ вашимъ услугамъ, | Utere eo, ut tuo, |
| Не только ее, но и все, что у меня есть. | Non solum libro, sed omnibus, quae mea sunt. |
| Я несказанно радъ, что нашелъ случай оказать вамъ услугу. | Miro gaudio affectus sum, me nactum esse occasionem tibi operam meam praestandi. |

Въ этомъ прошу васъ обходиться со мною вольно.

Rogo, ut mecum in hac re libere agas.

Я опасаюсь, чтобъ васъ не утрудить.

Timeo, ne tibi molestiam creem; ne tibi sim oneri *vel* tibi sim molestus.

Никакъ.

Minime.

Я не почитаю за трудъ служить вамъ.

Nullum laborem duco in praestanda tibi opera mea.

Я во всякое время почту за удовольствіе служить вамъ.

Admodum mihi volupe est tibi quovis tempore gratificari.

---

Commodare, ссудить.
Elabi, протечь, пройти.
Perlubenter, со всею охотою.
Retinere (nui, ntum), удержать, оставить у себя.
Cum per commodum licebit, когда вздумается.
Gaudio affici, чувствовать радость.
Nanciscor (nactus, sum), получать.
Praestare operam, оказать услугу.
Libere agĕre, обходиться вольно.
Molestiam creare, наскучить.
Nullum laborem duco (xi, ctum,) не почитаю за трудъ.

---

## УРОКЪ 24.

## LECTIO XXIV.

*О встрѣчѣ на улицѣ.*

*Formulae loquendi occurrentibus in platea.*

Куда вы идете?

Quo tendis *vel* quonam te confers?

Куда вы такъ спѣшите?

Quo tu tam celeri gradu tendis?

Я иду домой.

Eo domum.

Для чего такъ спѣшите?

Cur ita properas?

У меня много дѣлъ.

Multa habeo negotia.

Вы совсѣмъ запыхались.

Tu anhelitum ducis.

Я весь ослабѣлъ.

Vires mihi *vel* me deficiunt.

| | |
|---|---|
| Надо вамъ немного отдохнуть. | Opus est, te paululum requiescere. |
| Зайдемъ на часъ къ гну N. | Invisamus ad breve tempus dominum N. *vel* devertamus ad breve tempus ad dom. N. |
| Мнѣ нѣкогда. | Mihi non vacat. |
| Мнѣ никакъ не льзя мѣшкать. | Nulla est mihi copia commorandi. |
| Хорошо; я провожу васъ домой. | Esto; deducam te domum. |
| Какъ? вы и въ ходьбѣ наблюдаете чины? | Quid? etiam in gressu uteris verborum lenociniis? |
| Пожалуйте, **пойдемте** такъ, какъ мы встрѣтились. | Amabo te, eamus sic, ut nos alter in alterum incidimus. |
| Я знаю свою должность. | Quae sint mea officia, pulchre calleo. |
| Въ другой разъ прошу васъ оставить эти чины. | Iterum rogo, ut ejusmodi ineptas ceremonias omittas. |
| Пойдемъ здѣсь. | Eamus hac (via). |
| Лучше пойдемъ тамъ. | Eamus potius illa. |
| Здѣсь ближе, тамъ далѣе. | Hoc iter est expeditius *vel* compendiosius, illud est longius. |
| Перейдемъ эту улицу. | Permeemus hanc plateam *vel* viam. |
| Перейдемъ черезъ этотъ дворъ. | Permeemus hanc aream. |
| Вы прескоро идете. | Praepropere incedis. |
| Пойдемъ лучше тише. | Eamus potius modico gradu *vel* pedetentim. |
| Пойдемъ вмѣстѣ. | Feramus pariter gradus. |
| Вы меня забрызгали грязью. | Tu aspersisti me luto. |
| Нога у меня поскользнулась. | Ego pede lapsus sum. |

---

Celer, скорый.
Gradus, us, m. шагъ.
Anhēlitum ducĕre, запыхаться.

Deficĕre, недоставать.
Devertĕre (ti, sum), завернуть, зайти.
Deducĕre, проводить.
Gressus, us, m. ходьба.
Iterum, въ другой разъ.
Expeditus, compendiosus (о пути), короткій.
Area, ae, f. дворъ.
Praeproperĕ, очень скоро.
Pedetentim, нога за ногу.
Pariter ferre gradus, идти вмѣстѣ.
Adspergĕre (si, sum), забрызгать.
Lutum, i, n. грязь.
Pede labi, поскользнуться.

---

| *Продолженіе.* | *Pars altera.* |
|---|---|
| Подождите меня здѣсь на минуту. | Exspecta me hic ad tempus. |
| Однакожь не оставайтесь тамъ долго. | Ne morere tamen diu. |
| Я тотчасъ возвращусь. | Mox redibo. |
| Не сказалъ ли я вамъ, что скоро буду назадъ? | Nonne praedixi, me statim rediturum esse? |
| По этому господина N. нѣтъ дома? | Non est igitur domi N.? |
| Онъ только что вышелъ изъ дому. | Jam jam, non ita pridem excessit domo. |
| Онъ поѣхалъ въ деревню. | Rus profectus est. |
| Когда онъ возвратится? | Quando redibit? |
| Я не знаю, ничего не могу объ этомъ сказать. | Nescio, nihil possum de hac re dicere. |
| Я думаю, мы заблудились. | Puto, nos de via declinasse *vel* via aberrasse. |
| Я сегодни поутру заблудился. | Hoc mane itinere deerravi. |
| Мнѣ попался одинъ пріятель, который показалъ мнѣ дорогу. | Offendi familiarem, qui me errantem in viam reduxit. |
| Я много проходилъ по напрасну. | Multum temporis frustra eundo consumsi. |
| Другъ мой! покажи мнѣ дорогу, которая ведетъ къ замку. | Monstra mihi, amice, viam, quae fert *vel* ducit ad palatium. |

| | |
|---|---|
| Подите прежде прямо, | I primo recta, |
| Потомъ поворотите направо, а послѣ влѣво. | Deinde verte *vel* flecte iter ad dextram *vel* dextrorsum, postea ad sinistram *vel* sinistrorsum. |
| Далеко ли отсюда до биржи? | Quam procul abest hinc forum argentarium? |
| Отсюда очень далеко. | Hinc abest longissime. |
| Ахъ! да мы уже пришли! | Ah! tandem pervenimus. |
| Войдемъ. | Eamus intro. |
| Можетъ быть вы ожидаете гостей? | Fortasse convivas exspectas? |
| Они всѣ пришли, и для того-то я спѣшилъ. | Omnes jam adsunt, et hanc ob causam properavi. |
| Но вы знаете, что вамъ всегда ради. | Sed scis, te semper optato advenire *vel* adventum tuum nobis esse suavissimum et exspectatissimum. |
| Покорно прошу войти. | Abi intro, quaeso. |



| | |
|---|---|
| Declinare de via, заблудиться, сбиться съ дороги. | Dextrorsum, направо. |
| Itinere deerrare, то же. | Sinstrorsum, налѣво. |
| Recta, прямо. | Forum argentarium, биржа. |
| Flectĕre iter, поворотить. | Conviva, ae, гость. |



| | |
|---|---|
| **УРОКЪ 25.** | **LECTIO XXV.** |
| *О часѣ и часахъ,* | *De hora et horologio.* |
| Который часъ? | Quota est hora? |
| Сдѣлайте милость, скажите мнѣ, который часъ? | Dic mihi, quaeso, quota sit hora? |
| Знаете ли, который часъ? | Scin', quota sit hora? |
| Первый часъ. | Adest prima post meridiem *vel* a meridie. |
| Половина втораго часа. | Secunda hora cum dimidia. |

| | |
|---|---|
| Скоро пробьетъ три часа. | Mox tertia hora sonabit. |
| Пробило два, три часа. | Secunda, tertia hora audita *vel* praeterlapsa est. |
| Стрѣлка стоитъ на четвертомъ часу. | Stilus horarius indicat quartam. |
| Еще, думаю, не било пяти часовъ. | Nondum quinta sonuit, credo. |
| Не далеко, близко до пяти часовъ. | Haud longe sexta abest. |
| На часахъ пятый съ нѣсколькими минутами. | In horologio digitus indicat horam paulo plus quintam. |
| Стрѣлка скоро укажетъ на седьмой, | Instat hora septima, |
| — на осьмой. | Versamur in octava. |
| Уже давно било восемь. | Jam dudum octava praeterita est. |
| Половина девятаго часу. | Adest nona cum semihora. |
| Три четверти десятаго часу. | Adest decima cum dodrante. |
| Часы пробили. | Horologium sonuit *vel* integrum horarum numerum nuntiavit. |
| Сколько теперь бьетъ часовъ? | Quota hora nunc sonuit? |
| Десять. | Decima. |
| Пробило ли уже одиннадцать? | Jamne sonuit undecima? |
| Только что било. | Modo sonuit. |
| Возможно ли, чтобъ было такъ поздно? | Quid ais, tantum diei processisse? |
| Позже, нежели какъ я думалъ. | Plus diei processit, quam putaram. |
| Уже полдень. | Dies ad umbilicum est deductus. |
| Скоро будетъ половина перваго часа по полудни. | Instat prima cum dimidia post meridiem. |
| Скоро будетъ половина пераго часа по полуночи. | Versamur in prima cum dimidia post mediam noctem. |



Praeterlabor (lapsus sum), пройти.

Stilus horarius, стрѣлка часовая.

Sonare, звучать, издавать звукъ.

Instat hora septima, скоро будетъ шесть.

Versamur in octava hora, скоро будетъ бить семь.

Dimidia hora, полчаса.

Quid ais, возможно ли?

Ad umbilicum deductum esse, дойти до самой средины.

~~~~~~~~~~

| *Продолженіе.* | *Pars altera.* |
|---|---|
| Посмотрите, который часъ на вашихъ часахъ? | Inspice *vel* contemplare, quota sit hora in tuo (manuali) horologio? |
| Ихъ нѣтъ со мною.! | Non est apud me. |
| Я ихъ оставилъ дома. | Domi reliqui. |
| Я ихъ послалъ къ часовщику. | Misi horologiario. |
| А на вашихъ который теперь часъ? | In tuo vero quota est hora |
| Который думаешь ты часъ? | Quam horam nunc censes esse? |
| Скоро будетъ на моихъ первый часъ. | In meo instat prima pomeridiana. |
| Хорошо ли идутъ ваши часы? | Num horologium tuum recte movetur *vel* habet justum motum? |
| Они довольно вѣрно ходятъ. | Satis justum habet motum. |
| Мои часы вѣрны. | Horologium meum monstrat verum tempus. |
| (Мои часы не вѣрны.) | (Horologium meum mentitur.) |
| Часы уходятъ. | Horologium incitat se. |
| Часы бѣгутъ. | Horologium accelerat motum. |
| Часы впереди пятью минутами. | Horologium praecedit *vel* antecedit quinque momentis. |
| Часы отстаютъ, | Horologium tardat, |
| Отстаютъ четвертью. | Remoratur quadrante. |
~~~~~~~~~~

| | |
|---|---|
| Часы иногда останавливаются. | Horologium interdum consistit *vel* silet. |
| Часы ходятъ невѣрно. | Horologium male cedit. |
| Часы разстроились. | Horologium habet motum inordinatum *vel* incompositum. |
| Часы не исправны. | Horologium inaequali motu discurrit. |
| Часы надо завести. | Opus est, ut intendatur. |
| Часамъ надо прибавить ходу. | Horologium incitandum est. |
| Нужно отдать ихъ въ починку часовщику. | Opus est, ut horologiario detur reficiendum. |
| Покажите мнѣ ихъ, пожалуйте. | Ostende mihi, quaeso. |
| Вотъ они. | Tene, habe. |
| Не испортите мнѣ ихъ. | Ne deprava. |
| Берегитесь, чтобъ ихъ не уронишь. | Cave, ne de manibus tuis demittas, *vel* ne delabatur de manibus tuis. |

Manuale horologium, карманныя часы.
Horologiarius, ii, m. часовщикъ.
Recte moveri, хорошо идти. Habere justum motum, то же.
Mentiri (titus sum), идти невѣрно, лгать,
Incitare se, уходить.
Accelerare motum, бѣжать.
Praecedĕre (ssi, ssum), быть впереди.
Tardare, отставать.
Remorari, то же.
Consistĕre или sistĕre, останавливаться.
Habĕre motum inordinatum, разстроиться.
Inaequali motu discurrĕre, быть неисправну.
Intendĕre, завести.
Incitare, прибавить ходу,
Depravare, испортить.
Demittĕre, (si, ssum) manibus, выпустить изъ рукъ, уронить.

| *Продолженіе.* | *Pars tertia.* |
|---|---|
| Какія это часы? | Quodnam hoc est horologium? |
| Англійскія. | Est anglicanum. |
| Что вы за нихъ заплатили? | Quanti emisti? |
| Я далъ за нихъ 500 рублей. | Solvi pro eo trecentos rubellos. |
| Это дешево. | Vili *vel* parvo emisti; vile pretium pro rei bonitate. |
| ( Это весьма дорого ). | ( Male emisti ). |
| О сколькихъ они коробочкахъ? | Quot habet capsulas *vel* fundas? |
| На нихъ двѣ золотыя, | Duas aureas, |
| Двѣ серебряныя, | Duas argenteas, |
| Одна томпаковая, | Unam tombaceam, |
| И одинъ футляръ кожаный. | Et unam capsam de corio squali. |
| Въ которомъ часу заводите ваши часы? | Quota hora horologium tuum intendis? |
| Я завожу ихъ въ полдень. | Intendo duodecima audita. |
| Я ихъ ставлю по моимъ стѣннымъ или солнечнымъ часамъ. | Constituo id ad meum horologium oscillatorium aut solarium. |
| Не подойдетъ ли вашъ ключикъ къ моимъ часамъ? | Nonne apta erit clavicula tua ad meum horologium? |
| Думаю, подойдетъ, | Ni fallor, apta erit. |
| Онъ подходитъ почти ко всякимъ. | Apta est fere ad quodlibet horologium. |
| Мой ключикъ слишкомъ великъ, | Clavicula mea est major pro tuo horologio, |
| — слишкомъ малъ. | — est minor pro tuo horologio. |
| Цѣпочка у моихъ часовъ порвалась. | Catella horologii mei rupta est. |



Capsula, ae, f. часовая коробочка.
Tombaceus, томпаковый.
Capsa de corio squali, футляръ кожаный.
Horologium oscillatorium, стѣнныя часы.
Horologium solarium, солнечныя часы.

Clavicula, ae, f. ключикъ.
Aptum esse, подходить.

Falli (falsus sum), обманываться.
Catella, ae, f. цѣпочка.

## *Продолженіе.*

## *Pars quarta.*

| | |
|---|---|
| Что это за старыя часы? | Quodnam est hoc vetustum horologium? |
| Они не красивы, но по своей добротѣ неоцѣненны. | Non est pulchrum adspectu, sed ob justum motum, quem habet, res nulli pretio aequanda. |
| Годъ уже, какъ я ихъ ношу, и они ни уходили, ни отставали ни на четверть часа, ни на минуту. | Ex illo tempore, quo utor hoc horologio, jam annus est et nihilominus semper tam recte movetur, ut ne uno quadrante horae, ne uno momento quidem aberret *vel* claudicet. |
| Плоскія часы, какъ ваши, обыкновенно не такъ важны. | Planum horologium, ut tuum, est plerumque res parvi momenti. |
| Въ самомъ дѣлѣ рѣдко проходятъ двѣ недѣли такъ, чтобъ ихъ не относили въ починку. | Revera rarum est, ut duabus septimanis elapsis non reficiatur a horologiario. |
| Но вашъ футляръ, кажется мнѣ, нѣсколько погнулся. | Sed capsula tua, ni fallor, paulum est impressa. |
| Такъ; я ихъ уронилъ, футляръ отъ того нѣсколько потерпѣлъ. | Profecto, emisi manu, et inde capsula non nihil damni accepit *vel* modice laesa est. |

Vetustus, a, um, старый.
Pulcher adspectu, красивый на взглядъ.
Nullo pretio aequandus, неоцѣненный.

Nihilominus, тѣмъ не менѣе, всё однако.
Aberrare, claudicare, хромать, отставать.

Planum horologium, плоскія часы.

Res parvi momenti, что неважно.

Revera, въ самомъ дѣлѣ.

Modice или leviter impressum esse, нѣсколько погнуться.

Damnum accipĕre или laedi, потерпѣть.



## УРОКЪ. 26. — LECTIO XXVI.

### *Объ училищѣ.* — *De schola vel ludo literario.*

| | |
|---|---|
| Для чего вы пришли такъ поздно? | Cur ita tarde venisti? |
| Надо приходить ранѣе. | Temperius veniendum est. |
| Надо приходить въ свое время. | Suo tempore *vel* in tempore veniendum est. |
| Я не думалъ, чтобъ было такъ поздно. | Non putaram, tantum diei processisse. |
| Все ли есть съ вами нужное? | Habesne omnia, quae tibi opus sunt. |
| Подай бумагу, чтобъ налиневать. | Cedo mihi chartam, ut eam lineis signem. |
| Пишите по графованному листу. | Scribe ad folium lineis signatum. |
| Привыкайте писать безъ линеекъ. | Adsuesce scribere absque lineis, in charta signatis. |
| Иначе я напишу криво. | Alioquin scripsero oblique. |
| Вы довольно хорошо пишете, но бумага протекаетъ. | Sat belle scribis, sed charta perfluit. |
| Напишите мнѣ по порядку буквы. | Quaeso, ut mihi describas ordine figuras elementorum. |
| Рускія или Латинскія? | Rossicas an Latinas? |
| Это слово стерлось. | Hoc vocabulum est deletum. |
| Не льзя его прочесть. | Non potest legi. |
| Не закапайте чернилами. | Cave conspergas liquore scriptorio. |
| Эта бумага нѣсколько сыровата и пропускаетъ чернила. | Haec charta est subhumida ac transmittit atramentum. |

| | |
|---|---|
| Есть ли у васъ перо, чернила и перочинный ножикъ? | Habesne calamum, atramentum et scalprum literarium? |
| Есть, вотъ они. | Habeo, vide. |
| Эти чернила не годятся; они очень густы. | Hoc atramento scribi non potest; est enim crassum *vel* spissum (non satis fluens). |
| Эти чернила совсѣмъ не годятся. | Hoc atramentum nullum est. |
| Они слишкомъ жидки, | Atramentum est dilutius, |
| Они линючи. | Atramentum est decolor. |
| Помѣшайте ихъ перомъ. | Misce id penna. |
| Чините свои перья. | Apta *vel* tempera tibi calamos. |
| Очините по своей рукѣ. | Adtempera ad tuam manum. |
| У меня нѣтъ ножа. | Deest mibi scalprum (literarium) *vel* scalpellum. |
| Вотъ вамъ. | En tibi. |
| О какъ онъ тупъ! | Hui quam obtusum! |
| Перья не хороши. | Calami sunt inepti. |
| Пожалуйте, перечините ихъ. | Denuo tempera eos, quaeso. |
| Какимъ вы лучше хотите писать, тугимъ или мягкимъ? | Utrum vis scribere cuspide duriuscula, an molliori? |
| У васъ оба пера, если не ошибаюсь, хорошо очинены. | Habes pennas duas recte, ni fallor, ad usnm tuum accommodatas. |
| Извольте, попробуйте. | Tene, facito periculum vel experire. |
| Перо очень тонко. | Calamus habet cuspidem peracutam. |
| Вотъ другое. | Habe alium calamum. |
| Лучше ли оно? | Num hicce melius aptatus est? |
| Конецъ у него тупъ. | Cuspidem habet obtusam. |
| Оно недовольно разщеплено. | Non satis est fissus. |
| Въ немъ волосокъ. | Inest ei pilus tenuis. |



Temperius, ранѣе.
Oblique, косо.
Perfluo (xi, xum), протекать.
Deletus (отъ delēre) стертіися.
Liquor scriptorius, чернилы.
Scalprum literarium, перочинный ножикъ.
Crassus, густой.
Nihili, nullum esse, не годиться.
Dilutus, разведенный, жидкой.
Decŏlor, oris, линючій.
Cuspis duriuscula, тугое перо.
Cuspis mollior, мягкое перо.
Accommodatus ad usum, хорошій, годный къ употребленію.
Temperare calamum, очинить перо.
Obtūsus, тупой.
Ineptus, негодный, нехорошо очиненый.
Facĕre periculum, пробовати.
Cuspis peracuta, очень тонкое перо.
Fissus (отъ findĕre, fidi, fissum), расщепленный.
Pilus tĕnuis, волосокъ.

*Продолженіе.*

Знаете ли наизустъ, что вамъ задано?
Нѣтъ еще.
Но я его скоро буду знать.
Когда?
Въ минуту,
Въ четверть часа,
Въ полтора часа.
Какъ это называется?
Я прошу васъ сказать мнѣ это слово.
Помните же его.

Я постараюсь упомнить.
Будьте внимательны.
Вы не примѣчаете.
Здѣсь нужно вниманіе.
Я вамъ уже это третій разъ повторяю.
Скажите свой урокъ.

*Pars altera.*

Tenesne memoria, quae tibi erant ediscenda?
Nondum.
Sed brevi tenebo.
Quando?
Momento temporis,
Intra quadrantem horae,
Intra sesqui-horam.
Quomodo haec res vocatur?
Revoca mihi, quaeso, hoc vocabulum in memoriam.
Retine igitur firmiter memoria.
Curabo retinendum.
Esto attentus.
Tu non attendis.
Hac in re requiritur attentio.
Ecce ter tibi eandem rem repeto.
Recita memoriter, quae discenda erant.

| | |
|---|---|
| Знаю ли я его? | Num bene teneo ediscenda? |
| Вы его знаете. | Bene tenes. |
| А вы знаете ли свой? | Et tu, tenesne memoria tibi ediscenda? |
| Я его хорошо зналъ сегодня поутру. | Hoc mane bene ea tenui. |
| Я зналъ его вчера въ вечеру, | Heri vesperi tenebam, |
| Но я забылъ. | Verum oblitus sum. |
| Для чего вы забыли? | Cur oblitus es? |
| Очень труденъ, притомъ же довольно великъ. | Sunt perdifficilia et quidem satis prolixa. |
| Тѣмъ больше надо стараться. | Eo major ponenda est opera. |
| Безъ труда ничего не пріобрѣтается. | Nil fit sine labore. |
| Вы недовольно стараетесь. | Tu non satis das operae. |
| Вы не прилѣжны. | Non es gnavus. |
| Вы лѣнитесь. | Es piger. |
| Гдѣ ваша книга? | Ubi est liber tuus? |
| Прочти свою задачу. | Perlege *vel* percurre ediscenda. |

---

Ediscenda, урокъ, собст. что должно выучить.
Recitare memoriter, сказать наизустъ.
Perdifficilis, очень трудный.
Prolixus, длинный.
Gnavus, прилѣжный.
Perlegĕre, percurrĕre, прочитать, пройти.

---

## УРОКЪ 27. — LECTIO XXVII.

*О Французскомъ языкѣ.* — *De lingua Franco-gallica.*

| | |
|---|---|
| Говорите ли вы по Французски? | Loquerisne Franco-gallice *vel* lingua Franco-gallica? |
| Я говорю немного. | Parum loquor. |
| Я еще не говорю. | Nondum loquor. |

| | |
|---|---|
| Сколько уже тому времени, какъ вы учитесь? | Quam pridem discis hanc linguam *vel* diu est, quod *vel* quantum temporis est, quod etc. |
| Съ мѣсяцъ, | Jam est mensis, |
| Почти три мѣсяца, | Jam fere tertius est mensis, |
| Полгода, | Jam sextus est mensis, |
| Одинъ годъ. | Jam annus est. |
| Есть ли у васъ учитель этаго языка? | Habesne praceptorem, qui te hanc linguam doceat? |
| Есть. | Habeo. |
| Какъ его зовутъ? | Quomodo vocatur? |
| Его зовутъ N. | Vocatur N. |
| я не упомню, какъ его зовутъ. | Nequeo recordari, quomodo vocetur. |
| Я зналъ, но позабылъ. | Sciebam, quomodo vocetur, sed oblitus sum. |
| Не могу вспомнить. | Non facile mihi succurrit. |

Recordor, ari, вспомнить, Non facile succurrit mihi nomen, я не могу вспомнить имени.

| *Продолженіе.* | *Pars altera.* |
|---|---|
| Въ которомъ часу приходитъ къ вамъ учитель? | Quota hora venit praeceptor tuus? |
| Въ семъ часовъ по утру. | Mane septima audita. |
| Это хорошее время. | Hoc tempus est bonum discendo. |
| Это самое лучшее время. | Hoc tempus est optimum discendo. |
| Всякой ли день онъ учитъ? | Num quolibet te die docet? |
| Онъ приходитъ только три раза въ недѣлю. | Ter solummodo per septimanam. |
| Въ которые дни онъ учитъ? | Quibusnam diebus septimanae docet? |
| Въ понедѣльникъ, среду и пятницу. | Die Lunae, die Mercurii et die Veneris. |
| А иногда во вторникъ, въ четвергъ и субботу. | Interdum die Martis, die Jovis et die sabbati. |

| | |
|---|---|
| Сколько вы ему платите? | Quantum ei solvis? |
| Я плачу ему за часъ по три рубля. | Solvo pro schola semel habita tres rubellos. |
| По часамъ, или помѣсячно вы платите? | Utrum singulis diebus, an singulis mensibus solvis? |
| Знаюшцль вы во Французскомъ языкѣ? | Esne gnarus linguae Franco-gallicae? |
| Не очень; почти ничего не знаю. | Non ita gnarus sum; sum propemodum rudis. |
| Давноли вы учитесь? | Quantum temporis est, quod hanc linguam discis? |
| Уже около шести мѣсяцовъ | Jam fere sextus peragitur mensis. |
| Вы довольно хорошо говорите по Французски. | Sat bene loqueris Franco-gallice. |
| Вы мнѣ льстите. | Nimiopere me laudas. |
| Совсѣмъ нѣтъ. | Minime. |
| Не думайте, что я вамъ льщу. | Ne me putes haec auribus tuis dare. |
| Я говорю правду. | Dico, quod res est. |
| Не шутя вы уже довольно хорошо научились. | Serio hoc dico, te satis jam didicisse. |
| Я имѣю великую охоту учиться. | Magno discendi studio teneor. |
| Вы непремѣнно въ немъ успѣете. | Sine dubio *vel* certo magnos in ea profectus facies. |
| Мало по малу птица свиваетъ себѣ гнѣздо. | Sensim sensimque avicula construit sibi nidum. |

~~~~~~~~~~~

Schola habita, урокъ.
Esse gnarum, быть знающу.
Rudis, e, незнающій.
Propĕmodum, почти.
Nimiopere laudare, льстить.
Dare auribus, льстить, говорить въ угожденіе.
Avicula, ae, f. птичка.

~~~~~~~~~~

| *Продолженіе.* | *Pars tertia.* |
| --- | --- |
| Какая это у васъ книга? | Quemnam habes librum? |
| Это Французская. | Habeo Franco-gallicum. |
| Развѣ вы учитесь по Французски? | An discis linguam Franco-gallicam? |
| Такъ, я учусь. | Sane, disco. |
| Съ котораго времени? | Quantum temporis est, quod eam discis? |
| Не такъ давно. | Non ita pridem. |
| Почти уже съ мѣсяцъ. | Jam fere mensis est. |
| Знаете ли вы что нибудь? | Scin' aliquid? |
| Весьма немного. | Scio perpaululum *vel* paululum admodum. |
| Вы скромничаете. | Multum tibi derogas. |
| Прошу извинить. | Deprecor, ut hoc mihi condōnes. |
| Въ мѣсяцъ немного можно успѣть. | Intra mensem non nisi parvi profectus fieri possunt. |
| Чтожъ вы знаете? | Quid igitur scis? |
| Я знаю немного читать, склонять и спрягать. | Scio nonnihil legere, declinare et conjugare. |
| Понимаетель вы, что читаете? | Intelligisne, quae legis? |
| Нѣсколько понимаю. | Quaedam intelligo. |
| Я разумѣю больше, нежели говорю. | Plus intelligo, quam loquor. |
| Учите ли вы что наизустъ? | Discisne aliquid memoriter? |
| Я выучиваю по нѣскольку словъ изъ Французской Хрестоматіи. | Edisco aliquot vocabula e Chrestomathia Gallica. |
| Такая книга обыкновенно назначается для начинающихъ. | Ejusmodi liber plerumque destinatur tironibus. |
| Скажите мнѣ, какъ это называется? | Dic mihi, quomodo haec res nominetur? |
| Я думаю, что называется... | Puto, eam nominari... |
| Очень хорошо, а эта? | Optime, sed alia? |

| | |
|---|---|
| Вы со временемъ много успѣете. | Multum progressu temporis proficies. |
| Благодарю, что вы меня ободряете. | Gratias tibi ago, quod mihi animum addis *vel* me exstimulas. |
| Хорошо ли я выговариваю по Французски? | Num bene proloquor *vel* pronuntio Franco-gallice? |
| Хорошъ ли мой выговоръ? | Num pronuntiatio mea est bona? |
| Довольно хорошъ. | Est satis bona. |
| Пріятенъ. | Est dulcis. |
| Вамъ нужно только нѣсколько поупражняться. | Opus est, ut non nihil te exerceas. |
| Безъ труда ничего не пріобрѣтается. | Nihil fit absque labore. |
| Упорный трудъ все преодолѣваетъ. | Improbus labor vincit omnia. |
| Я увѣренъ въ этой истинѣ. | De hac re mihi persuasum est. |

---

Sane, конечно.
Derogare, убавлять.
Deprĕcor, ari, просить, отклонять.
Intra, въ продолженіи.
Profectus, us, m. успѣхъ.
Non nihil, нѣсколько.
Memorĭter, наизусть.
Ediscĕre (didici), выучивать.
Plerumque, обыкновенно.
Destinare, назначать.
Tiro, onis, m, кто начинаетъ учиться, начинающій.
Animum addĕre, ободрять.
Exstimulare, то же.
Proloqui, выговаривать произносить.
Pronuntiare, то же.
Exercĕre (cui, citum), упражнять.
Improbus labor, упорный трудъ.
Persuadeo (si, sum), увѣряю.

---

| *Продолженіе.* | *Pars quarta.* |
|---|---|
| Вы учитесь по Французски? | Tu discis linguam Franco-gallicam? |
| Учусь. | Disco. |

| | |
|---|---|
| Вы дѣлаете очень хорошо. | Optime est *vel* bene habet *vel* recte. |
| Этотъ языкъ въ большомъ употребленіи. | Haec lingua in maximam consuetudinem venit. |
| Нынѣ языкъ этотъ общій. | Nunc facta est universalis. |
| Всѣ говорятъ по Французски. | Omnes Franco-gallice loquuntur. |
| Всѣ знатные люди говорятъ по Французски. | Omnes primarii utuntur lingua Franco - Gallica. |
| Этимъ языкомъ говорятъ при всѣхъ Европейскихъ дворахъ. | In omnibus principum Europaeorum aulis ea lingua loquuntur. |
| Я согласенъ, но языкъ этотъ очень труденъ. | Concedo, sed haec lingua est perdifficilis. |
| Я нахожу много трудности ему учиться. | Multas in ea discenda difficultates deprehendo. |
| Я боюсь, что ему никогда не выучусь. | Timeo, ut eam unquam perdiscam. |
| Почему? | Quare? |
| У меня голова тупа. | Meum ingenium est hebes. |
| Я не имѣю памяти. | Tarde percipio et non valeo memoria. |
| Я не хорошо выговариваю. | Perperam eloquor *vel* pronuntio. |
| Думать о хорошемъ и пріятномъ выговорѣ уже поздно, когда затвердѣли органы. | Vera et delicata pronuntiatio frustra tentatur, postquam jam organa obduruērunt. |
| Я весьма робокъ. | Sum admodum timidus. |
| Я не весьма смѣлъ. | Non sum satis audax *vel* non sum ea audacia, ut loquar. |
| Какую вы книгу переводите на Рускій языкъ? | Quem librum reddis *vel* convertis Rossice *vel* in Rossicum sermonem? |
| Похожденіе Телемака. | Casus *vel* eventa Telemachi. |
| Кромѣ прочаго прекраснаго изъ нее можно научиться премногимъ разнымъ выраженіямъ. | Praeter alias pulcherrimas res plurimae inde varii generis elocutiones disci possunt. |
| Я однѣхъ съ вами мыслей. | Idem tecum sentio. |

Какой вы употребляете Лексиконъ?

Quonam utĕris Lexico?

Изданной Парижскою Академiею.

Edito ab Academia Parisina.

Гдѣ вы его купили?

Ubi emisti?

Я его выписалъ изъ Лейпцига.

Arcessivi *vel* curavi mihi transmittendum Lipsia.

---

Bene habet или recte, хорошо.
Consuetudo, ĭnis, f. привычка, употребленiе.
Universalis, e, общiй.
Primarius, знатный.
Concedĕre (ssi, ssum), быть согласну, уступать.
Deprehendĕre (di, nsum), находить.
Difficultas, atis, f. трудность.
Perdiscĕre (didici), выучиться.
Ingenium hebes, ĕtis, тупая голова.
Tarde percipĕre худо понимать.
Non valĕre memoria, имѣть худую, слабую память.
Perpĕram, худо.
Delicata pronuntiatio, onis, f. прiятный выговоръ.
Obdurescĕre (rui), отвердѣть.
Timĭdus, робкiй.
Audax, acis, смѣлый.
Reddĕre (didi, ditum), переводить.
Convertĕre (ti, sum), то же.
Casus, us, m. похожденiе.
Eventum, i, n. произшествiе, приключенiе.
Editio, f. изданiе.
Curare transmittendum, выписать; arcessĕre, то же.
Lipsia, Лейпцигъ.

---

## УРОКЪ 28. — LECTIO XXVIII.

### *О языкѣ Нѣмецкомъ.* — *de lingua Germanica.*

Мнѣ сказывали, что вы въ Нѣмецкомъ языкѣ очень свѣдущи.

Audivi *vel* accepi, te linguae Germanicae esse peritissimum.

Я желалъ бы, чтобъ это была правда.

Vellem, hoc ita esset.

Я зналъ бы то, чего теперь не знаю.

Tunc scirem, quae nunc nescio.

| | |
|---|---|
| Это зависитъ отъ вашей воли. | Hoc pendet a tua voluntate. |
| Какъ? | Quid? |
| Легчайшій способъ научиться какому нибудь языку — часто на немъ изъясняться. | Uti frequenter lingua est facillima ejus perdiscendae ratio. |
| Ищите такихъ, которые бы были знающи въ этомъ языкѣ, и которые говорятъ чисто, очень хорошо. | Anquire ejusmodi homines, qui hujus linguae sint gnari, et qui pure, perbene loquantur. |
| Но чтобъ говорить, надо что нибудь знать. | Sed ut loquaris, opus est scire te aliquot vocabula et dictiones. |
| Для этого, какъ я вижу, вы уже довольно знаете. | Hucusque, ut ipse video, scis. |
| Я знаю только сотню словъ и нѣсколько реченій, которыя выучилъ наизустъ. | Scio non nisi centena vocabula et paucas elocutiones, quas memoria retinui. |
| Этого довольно, чтобъ начать говорить. | Haec, ut incipias loqui, sufficiunt. |
| Если бъ это такъ было, то я въ короткое время сдѣлался бы знающимъ. | Si ita res se haberet, brevi evaderem gnarus. |
| Въ этомъ не сомнѣвайтесь. | Ne id dubites. |
| Не уже ли вы не разумѣете того, что я съ вами говорю? | An non intelligis, quae tibi dico? |
| Я это хорошо понимаю. | Probe intelligo. |
| Но мнѣ очень трудно говорить. | Sed mihi loqui perdifficile est. |
| Я знаю немного говорить. | Scio quaedam loqui. |
| Со временемъ вы будете говорить хорошо. | Tuo tempore bene loqueris. |
| Не страшитесь трудностей. | Noli absterreri difficultatibus. |

| | |
|---|---|
| Продолжайте. | Noli desistere. |
| Крѣпитесь, упорствуйте. | Obfirma te *vel* persta. |
| Я нѣсколько нетерпѣливъ. | Sum paululum morae impatiens. |
| У меня мало терпѣнія. | Sum parum patiens. |
| Давно ли вы учитесь? | Quantum temporis est, quod discis? |
| Только четыре мѣсяца. | Non amplius quatuor menses. |
| Это очень малое время. | Non est longum temporis spatium *vel* non ita pridem discis. |
| Учитель вашъ не говорилъ ли вамъ, чтобъ вы говорили по Нѣмецки? | Nonne praeceptor dixit, ut saepius loquereris lingua Germanica? |
| Да, онъ говорилъ мнѣ, и много разъ. | Dixit et quidem multoties. |
| Для чегожъ вы не слѣдуете его совѣту? | Cur igitur consilium ejus non sequeris? |
| Для чего не говорите? | Cur non loqueris? |
| Съ кѣмъ мнѣ говорить? | Quocum loquar? |
| Со всякимъ, кто съ вами будетъ говорить. | Cum omnibus, qui tecum hac lingua loquentur. |
| Я бы хотѣлъ говорить, но не смѣю. | Vellem, optarem loqui, sed non sum ea audacia. |
| Не говорите ничего на своемъ языкѣ. | Nihil vernaculum effer. |
| Повѣрьте мнѣ, будьте смѣлы, и говорите, не разсуждая, хорошо ли вы говорите или худо. | Crede mihi, noli esse timidus, aude, nulla ratione habita, utrum bene an male loquaris. |
| Ежели такъ стану говорить, то всѣ надо мною будутъ смѣяться. | Ita loquentem omnes me derisui habebunt. |
| Не опасайтесь. | Ne timeas. |
| Развѣ вы не знаете, что для того, чтобъ научиться хорошо говорить, начинаютъ говорить худо? | An nescis, ut bene loquaris, primum male esse loquendum? |
| Такъ я послѣдую вашему совѣту. | Obtemperabo igitur monito tuo |
| Вы сдѣ...те хорошо. | Recte facies. |

Pendēre (pependi, pensum), зависѣть.

Voluntas, atis, f. воля, желаніе.

Facillima ratio (onis) легчайшій способъ.

Vernaculus, свой, природный.

Rationem habēre, имѣть вниманіе, думать.

Absterreri, пугаться.

Obfirmare se или perstare, крѣпиться.

Morae impatiens, ntis, нетерпѣливый.

Derisui habēre aliquem, смѣяться надъ кѣмъ.

Obtemperare monito, послѣдовать совѣту.



**УРОКЪ 29.**

*О Латинскомъ языкѣ.*

Говорите ли вы по Латыни?

Говорю, но не такъ легко и проворно.

Больше разумѣю, нежели говорю.

Я бы желалъ и знать очень хорошо этотъ языкъ, и свободно на немъ говорить.

Употребленіе какъ здѣсь, такъ и въ другомъ есть лучшій учитель.

Чтобъ ему хорошо научиться, премного требуется времени и отмѣннаго раченія.

Этотъ языкъ немногіе разумѣютъ.

Очень немногіе хорошо знаютъ его.

Теперь употребляется онъ большею частію въ Семинаріяхъ, въ Академіяхъ и въ Университетахъ.

**LECTIO XXIX.**

*De lingua Latina.*

Num loqueris latine?

Loquor quidem, sed non tam facile et expedite.

Plus intelligo, quam loquor.

Vellem et hujus linguae peritissimum esse, et ea facillime uti.

Usus sicuti in aliis rebus, ita hic est optimus magister.

Ut eam probe calleas, plurimum requiritur temporis maximaque industria.

Hanc linguam pauci sciunt.

Perpauci eam callent.

Nunc ea locum habet plerumque in scholis ecclesiasticis, in Academiis et in literarum Universitatibus.

| | |
|---|---|
| При надлежащемъ старанiи, можно ему научиться. | Justa adhibita diligentia potest ea disci. |
| Хотя народъ, который этимъ языкомъ говорилъ, давно уже не существуетъ, однако между учеными мужами онъ въ большомъ употребленiи. | Licet gens, quae hac lingua usa est, jamdudum interierit, lingua tamen inter viros eruditos maximi aestimatur. |
| Но какой народъ прежде имъ говорилъ? | Sed quaenam gens ea olim usa est? |
| Вся Италiя, а главнѣйшее его мѣсто былъ Римъ. | Cuncta Italia, propria vero ejus sedes erat Roma. |
| Стоитъ ли онъ того, чтобъ ему учиться? | Estne tanti, ut ea discatur? |
| Стоитъ? не только стоитъ, но и очень. | Tanti? immo maximi. |
| Этотъ языкъ, равно какъ и Греческiй, называются учеными. | Haec lingua, aeque ac Graeca, nomen literatae gerit. |
| Трудъ, употребленный на изученiе его, очень награждается. | Opera, ei discendae data, insigniter compensatur. |
| Сколько на немъ прекрасныхъ Авторовъ! | Quot praestantissimos *vel* classicos in omni genere habet scriptores? |
| Изъ Историковъ довольно назвать Ливiя и Тацита. | Ex Historicis sat est citare Livium et Tacitum. |
| Изъ Ораторовъ Цицеронъ самый лучшiй. | Oratorum Cicero optimus est. |
| Изъ Поэтовъ отличнѣйшiе Горацiй, Виргилiй и Овидiй. | Poëtarum excellentissimi sunt Horatius, Virgilius et Ovidius. |
| Изъ Комиковъ очень хорошiе Плавтъ и Теренцiй. | Ex Comicis eximii sunt Plautus et Terentius. |
| Сочиненiя Латинскiя стоятъ того, чтобъ въ нихъ упражняться безпрестанно. | Scripta Latinorum digna sunt, quibus legendis continuo vacemus. |

Кромѣ того и по себѣ пріятно знать великихъ людей.

Accedit, quod et per se volupe est, nosse magnos viros

Мы можемъ обращаться съ бывшими превосходными мужами, какъ бы съ живыми, читая ихъ сочиненія.

Cum excellentibus antiquitatis viris conversari possumus, tanquam cum vivis, legentes eorum scripta.



Facile и expedite, проворно.

Optimus magiser (stri), лучшій учитель.

Scholae ecclesiasticae, Семинаріи.

Interire, не существовать болѣе.

Gens, ntis, f. народъ, нація.

Esse tanti, стоить многаго.

Gerĕre (ssi, stum) nomen, именоваться.

Lingua literata, ученый языкъ.

Compensare, вознаградить.

Esse optimum, быть самымъ лучшимъ.

Eximius, отмѣнный.

Scripta Latinorum, сочиненія Латинскія.

Accĕdit, quod, кромѣ того.



## УРОКЪ 30.

## LECTIO XXX.

### *О Русскомъ языкѣ.*

### *De lingua Rossica vel Rhutenica.*

Знать хорошо чужіе языки, а не знать своего, стыдно.

Peregrinas linguas callēre et patriae *vel* vernaculae rudem esse, turpe est.

Не справедливо обращать вниманіе на чужое, а свое оставлять.

Iniquum est alienorum rationem habere, sua vero negligere.

Россійской языкъ примѣтно болѣе и болѣе обработывается.

Lingua Rhutenica insigniter magis magisque expolitur.

Многіе иностранцы начали уже чувствовать его цѣну.

Multi exteri magni jam eam facere coepĕrunt.

| | |
|---|---|
| На Россійскомъ языкѣ можно очень свободно выразить всѣ мысли и чувствованія. | Rhutenica lingua omnia cogitata et omnes animi sensus facile possunt exprimi. |
| Онъ въ богатствѣ выраженій, въ красотѣ и тонкости почти не уступаетъ ни одному Европейскому. | Ea in copia dictionum, in ornatu, elegantia dicendique subtilitate nulli fere Europaearum cedit. |
| Доказательствомъ тому служатъ многіе отличные Росс. стихотворцы и прозаики. | Argumento sunt permulti eximii tam solutae, quam ligatae orationis scriptores. |
| Лирики Ломоносовъ, Петровъ и Державинъ составляютъ славу и украшеніе своего Отечества. | Lomonosow, Petrow et Dershavin lirici decori atque ornamento sunt patriae suae. |
| Они безсмертными своими твореніями оставили вѣчную по себѣ память. | Hi immortalibus scriptis nomina sua posteritati commendarunt. |
| Есть очень хорошіе Баснотворцы: Хемницеръ, Дмитріевъ, Крыловъ. | Optimi fabularum scriptores sunt: Chemnitzer, Dmitriew, Kriloff. |
| Есть также хорошіе Трагики: Сумароковъ, Княжнинъ и Озеровъ, который гораздо ихъ превосходнѣе. | Sunt etiam boni tragici, Sumarocow, Kniashnin et Oserow, qui horum utrumque multo praestat. |
| Нѣтъ недостатка въ прекрасныхъ Ораторахъ, особенно духовныхъ. | Non desunt excellentes quoque Oratores, praecipue vero ecclesiastici. |
| Прекрасное зрѣлище видѣть своихъ великихъ и ученыхъ мужей! | Jucundissimum spectaculum populares videre esse viros magnos et eruditos! |
| Можно твердо надѣяться, что Росс. языкъ достигнетъ высшей степени совершенства. | Certa spes est, fore, ut lingua Rhutenica tandem ad summum perfectionis gradum perveniat. |



Peregrina lingua, чужой языкъ.
Patria lingua, свой, отечественный языкъ.
Rudem esse, быть несвѣдущу.
Turpis, e, постыдный.
Rationem habere alicujus rei, обращать на что внимание.
Magis magisque expoliri, болѣе и болѣе обработываться.
Exterus, ri, m. иноземецъ.
Cogitata, orum, мысли.
Exprimere, выразить.
Copia dictionum, богатство выражений.
Ornatus (us), elegantia dicendi, красота рѣчи.

Subtilitas dicendi, тонкость рѣчи.
Argumento esse, служить доказательствомъ.
Scriptor solutae orationis, прозаикъ.
Scriptor ligatae orationis, стихотворецъ.
Decus, oris, n. украшение.
Commendare nomen suum posteritati, оставить по себѣ безсмертную память.
Multo praestare quem или cui, многимъ превосходить, быть превосходнѣе.
Popularis, m. землякъ.
Jucundissimum spectaculum, прекрасное зрѣлище.

---

## УРОКЪ 31.

### *О покупкѣ книгъ.*

Скажи мнѣ, сколько стóитъ эта книга?
Она стóитъ десять рублей.
Это много.
Это очень дорого.
Это положенная цѣна.

Не льзя ли сбавить?

Скажи послѣднюю цѣну, чего меньше не отдашь.
Твой товаръ, тебѣ и надо сказать цѣну.
Уговоримся о цѣнѣ.

## LECTIO XXXI.

### *De libris emendis.*

Dic mihi, quanti sit hic liber?
Est decem rubellorum *vel* constat decem rubellis.
Magnum est pretium.
Ingens est pretium.
Hoc pretium est certum *vel* constitutum.
Nonne potes de pretio detrahere *vel* pretium submittere?
Fac pretium, quô minimo daturus sis.
Tua merx est, tua sit indicatio.
Conveniamus de pretio.

| | |
|---|---|
| Думаю, что мы согласимся. | Conventurum inter nos arbitror. |
| Я вамъ даю восемь рублей. | Defero tibi octo rubellos. |
| Она мнѣ самому дороже стоитъ. | Mihi ipsi pluris constat. |
| Этому я едва вѣрю. | Hoc vix crediderim. |
| Я васъ увѣряю, что она мнѣ столько стоитъ и безъ переплета. | Adfirmo tibi, librum mihi tantum constare etiam non compactum. |
| Вы вѣрно не захотите, чтобъ я продалъ ее съ убыткомъ. | Certo noles, ut eam detrimento vendam. |
| Никакъ, я хочу, чтобъ отъ того былъ вамъ барышъ. | Minime, imo volo, ut inde lucrēris. |
| И такъ мнѣ надо заплатить вамъ десять рублей. | Oportet igitur me solvere tibi decem rubellos. |
| Вотъ они; я не хочу долго торговаться. | Accipe, nolo enim de pretio tecum diu contendere. |
| Не хочу гоняться за бездѣлицею. | Nolo mihi tantillam rem exprimere *vel* extorquere. |
| Не имѣете ли нужды въ другихъ книгахъ? | Nonne tibi est opus etiam aliis libris? |
| Не теперь; мнѣ нужно писчей бумаги. | Est, at non in praesenti; mihi opus est charta scriptoria. |
| Это найдете въ другой лавкѣ, въ которой торгуютъ бумагою. | Invenies in alia taberna apud mercatorem, qui eam vendit. |



Indicare, объявить, сказать.
Pretium, n. цѣна.
Esse или constare, стоить.
Certus, constitutus, положенный.
Detraho, xi, ctum, ĕre, убавить.
Submittĕre (si, ssum), тоже.
Convenire, условиться.
Arbritrari, думать.
Deferre, давать, подавать.
Vix credere, едва повѣрить.
Compactus (compingĕre), переплетеный.

Detrimento aliquid vendĕre, продавать что въ убытокъ, въ накладъ.
Imo, напротивъ того.
Lucrari, получить барышъ.
Solvo (vi, lutum), заплатить.
Contendere de pretio, торговаться.
Tantilla res, безделица.
Extorquere (rsi, rtum), выторговать.
Charta scriptoria, писчая бумага.
Taberna, ae, f. лавка.



УРОКЪ 32. | LECTIO XXXII.

*О Гимназіи.* | *De Gymnasio.*

| | |
|---|---|
| Въ эту Гимназію ходятъ очень многіе учиться. | Hoc Gymnasium a plurimis discendi causa frequentatur. |
| Сколько въ ней учениковъ? | Quot habet discipulos? |
| Болѣе 3-хъ сотъ. | Plus trecentos. |
| Многіе записываются въ эту Гимназію. | Multi huic ludo *vel* Gymnasio traduntur. |
| Сколько въ ней учителей? | Quot sunt ibi praeceptores? |
| Больше двѣнадцати. | Plus duodecim. |
| Какъ зовутъ Директора? | Quomodo vocatur Director? |
| Его зовутъ N. | Vocatur N. |
| Онъ ученъ, | Est vir doctus, |
| — честенъ, | — probus, |
| — благосклоненъ, | — benignus, |
| — учтивъ, | — humanus, |
| — ласковъ. | — facilis. |
| Онъ снискалъ своею ласкою всѣхъ любовь. | Omnium amorem facilitate sua sibi conciliavit. |
| Всѣ его хвалятъ. | Omnes eum comprŏbant. |
| Какое прекрасное зданіе! | Quam pulchrum aedificium! |
| Спереди съ колоннами. | A fronte columnatum est. |
| Можно ли видѣть училище? | Licetne videre interiora scholae? |
| Для чегожъ? | Cur non? |
| Комнаты для классовъ просторны, | Conclavia habendis scholis sunt ampla, |
| Хорошо расположены, | Bene disposita, |
| Опрятны. | Munda. |

| | |
|---|---|
| Этотъ молодой человѣкъ кажется очень прилѣженъ, | Hic juvenis admodum sedulus esse videtur. |
| Скроменъ, | Modestus, |
| Добронравенъ, | Bona indole praeditus, |
| Сидитъ въ классѣ между первыми. | Inter primores classis sedet. |
| Онъ уже во второмъ классѣ. | Jam secundam Gymnasii classem frequentat. |
| Скоро будетъ ходить въ первый, | Brevi frequentabit primam *vel* superiorem, |
| При первомъ экзаменѣ. | Proximo examine instituto. |
| Надѣюсь, что онъ на всѣ предложенныя ему задачи дастъ хорошій отвѣтъ. | Spero, omnibus eum propositis quaestionibus bene responsurum. |
| Хорошо переводитъ (съ Латинскаго, Греческаго) на Россійской. | Bene vertit (e Latino, Graeco) in Rossicum sermonem. |
| Хорошо изъясняетъ своего автора. | Bene explanat suum autorem. |
| Хорошо сочиняетъ или пишетъ по Россійски. | Bene componit *vel* scribit Rossice. |
| Онъ хорошо сдѣлалъ свою задачу. | Bene dictata interpretatus est. |
| Ходитъ въ вышшіе классы. | Frequentat superiores classes. |
| Говорилъ прекрасную рѣчь. | Habuit praeclaram orationem. |
| Напротивъ того этотъ не имѣетъ охоты къ ученію. | Ille contra nullo discendi studio tenetur. |
| Часто не бываетъ въ классѣ. | Frequenter scholam non obit. |
| Отгуливаетъ. | Alium locum praefert scholae. |
| Не внимателенъ. | Non attendit animo ad dictata praeceptoris. |
| Онъ весьма неприлѣженъ. | Est admodum negligens. |
| Ходитъ еще въ пятый классъ, | Frequentat adhuc quintam classem, |
| ——— въ нижніе классы. | — inferiores classes. |
| Два года сидитъ въ этомъ классѣ. | Duos annos in hac classe versatur. |

Frequentare, ходить куда, посѣщать.
Benignus, благосклонный.
Humanus, учтивый.
Facilis, e, ласковый.
Facilitas, atis, f. ласковость.
Comprobare, хвалить.
Aedificium, ii, n. зданіе.
A fronte, спереди.
Columnatum esse, имѣть колонны.
Interiora scholae, покои училища.
Amplus, просторный.
Dispositus, расположенный.
Mundus, опрятный.
Modestus, скромный.
Primores, rum, первые.
Examen, ĭnis, n. испытаніе.
Instituo (ui, utum), сдѣлать.
Confidĕre, confisus sum, надѣяться.
Explanare, изъяснять.
Dictata, orum, задача.
Interpretari, истолковать.
Obire scholam, ходить въ классъ.
Negligens, ntis, лѣнивый.
Versari, быть, оставаться.

---

## УРОКЪ 33. — LECTIO XXXIII.

### *Объ Университетѣ.* — *De literarum Universitate.*

| | |
|---|---|
| Сколько въ этомъ Университетѣ студентовъ? | Quot sunt studiosi in hac literarum Universitate? |
| Болѣе тысячи. | Plus mille. |
| Это славный Университетъ. | Haec literarum Universitas magnam comparavit gloriam *vel* in claritudinem pervenit. |
| Въ немъ есть знающіе Профессоры. | Sunt ibi suarum rerum peritissimi Professores. |
| Этотъ молодой человѣкъ учится, чтобъ быть Докторомъ. | Hic adolescens literarum studio vacat, ut evadat Doctor. |
| Какого факультета? | Cujusnam facultatis? |
| Докторомъ Богословія, | Doctor Theologiae, |
| ——— Правъ, | ——— Juris, |
| ——— Медицины, | ——— Medicinae, |
| Магистромъ Свободныхъ наукъ. | Magister Artium liberalium. |
| Онъ скоро будетъ имѣть диспутъ. | B.evi disputabit. |

Друзья его будутъ ему возражать.

Ejus amici objicient *vel* opponent.

Онъ отдалъ въ печать свою диссертацію.

Jam dissertationem suam typis fingendam curavit.

У всякаго Профессора есть особливая аудиторія.

Suum cuique Professori auditorium est.

Студенты очень прилѣжны.

Studiosi sunt valde diligentes.

Они рачительно наблюдаютъ учебное время.

Constanter intersunt scholis.

Стараются другъ друга превзойти въ рачительности и успѣхахъ.

Certant alii alios industria et profectibus superare.

Прилѣжатъ къ наукамъ.

Incumbunt ad literas.

Они имѣютъ очень важную причину рачительно заниматься.

Magnopere eorum interest, ad studia animum sedulo applicare.

Имъ даны большія привилегіи.

Magna ipsis privilegia data sunt.

Они ведутъ себя хорошо.

Bene se gerunt.

Однакожъ одного изъ нихъ позвали къ Ректору.

Unus tamen eorum vocatus est in jus ad Rectorem.

Ему велѣли заплатить штрафъ.

Multam subire jussus est.

Его выключатъ.

Excludetur.

Его будутъ судить въ первую конференцію

Proximo Professorum conventu judicium de eo agetur.

Ктожъ будетъ первенствовать?

Quis praeerit judicio?

Ректоръ.

Rector.

---

In claritudinem (claritūdo) pervenire сдѣлаться славнымъ, извѣстнымъ.

Disputare, имѣть преніе.

Objicere (jeci, ctum), дѣлать возраженіе.

Oppono (sui, situm), то же.

Typis effingere, выпечатать.

Interesse scholis, быть на лекціяхъ.

Magnopere interest, есть очень важная причина.

Animum ad studia applicare, заниматься науками.

Privilegia, orum, преимущество.
Incumbĕre, прилежать.
Bene se gerĕre, вести себя хорошо.
Multa, ae, f. штрафъ.
Judicium agĕre, произвести судъ.
Praeesse председательствовать.



## УРОКЪ 34. LECTIO XXXIV.

### *О томъ, что касается до письма.* *De rebus ad epistolas scribendas spectantibus.*

| | |
|---|---|
| Пожалуйте мнѣ листъ бумаги, перо и нѣсколько чернилъ? | Da mihi, quaeso, schedulam, calamum et aliquantum atramenti? |
| Что вы хотите дѣлать? | Quid vis facere? |
| Я хочу писать. | Volo scribere. |
| Мнѣ нужно написать письмо. | Opus est, ut epistolam scribam. |
| Кому? | Cui? |
| Моему дядѣ, | Patrueli meo, |
| ——— другу. | ——— amico. |
| Подите въ мой кабинетъ, тамъ найдете на столѣ все для васъ нужное. | Intra musaeum meum, ibi reperies in mensa, quaecunque tibi opus sunt. |
| Я не нашелъ тутъ почтовой бумаги. | Nullam hic video chartam epistolarem. |
| Извольте, вотъ большая и малая. | Tene, ecce charta magna et minuta. |
| Съ золотымъ обрѣзомъ и безъ позолоты. | Inaurata in exteriori caesura et sine auratura. |
| Какой вамъ угодно? | Utram vis? |
| Все равно. | Nil ad rem *vel* nil refert. |
| И перьевъ также нѣтъ. | Nec ullos video calamos. |
| Здѣсь есть въ черниилцѣ. | Sunt in atramentario. |
| Они не годятся. | Inepti sunt. |
| Вотъ другія. | Habe tibi alios. |
| Эти перья еще не очинены. | Hi calami nondum sunt acuti. |

| | |
|---|---|
| Гдѣ вашъ перочинный ножичекъ? | Ubinam est scalpellum tuum? |
| Умѣете ли вы чинить перья? | Scin' acuere calamos? |
| Я чиню ихъ по своему. | Acuo eos meo more. |
| Это перо не дурно. | Hic calamus haud male acutus est. |
| Оно довольно хорошо. | Satis bonus est. |
| Не твердо ли оно нѣсколько? | Nonne duriusculus est? |
| Нѣтъ, оно очень хорошо по моей рукѣ. | Non, ad meam manum temperatus est. |
| У васъ по этому нѣсколько рука тяжела. | Ducis, ut video, durius literas. |
| Вы слишкомъ пригнетаете перо. | Nimiopere premis calamum. |
| У васъ весьма хорошъ перочинный ножикъ. | Scalpellum tuum mihi valde probatur *vel* approbatur. |
| Гдѣ вы его купили? | Ubi emisti? |
| Мнѣ его здѣсь сдѣлали на заказъ. | Curavi mihi hic faciendum. |
| Что онъ вамъ стоитъ? | Quanti constat? |
| Два рубля. | Duobus rubellis. |
| Я не помню. | Hoc mihi memoria excessit, delapsum est. |

---

Schedŭla, ae, f. листъ бумаги.

Musaeum, n. кабинетъ.

Charta epistolaris, почтовая бумага.

Inauratus in exteriori caesura, съ золотымъ обрѣзомъ.

Auratura, позолота.

Acutus (отъ acuĕre), очиненый.

Durius ducĕre literas, имѣть тяжелую руку.

Delabi memoria, выдти изъ памяти.

---

| *Продолженіе.* | *Pars altera.* |
|---|---|
| Между тѣмъ пока я это письмо окончу, сдѣлайте одолженіе сверните другія въ пакеты. | Dum literas absolvam, complica, amabo te, alias. |
| Съ удовольствіемъ. | Libenter. |
| Какою печатью хотите ихъ запечатать? | Quodnam sigillum vis me epistolae imprimere? |
| Запечатайте ихъ моею гербовою или вензеловою печатью. | Obsigna eam sive insignibus, sive implicitis literarum notis. |
| Какой на нихъ положить сургучь? | Quanam cera vel lacca signatoria utar? |
| Положите краснаго (чернаго). | Utere rubrā (atra). |
| Не запечатать ли ихъ облатами? | Nonne praestat uti oblatis *vel* crustulis? |
| Все равно. | Nil ad rem. |
| Поставилиль вы число? | Apposuistine diem *vel* adscripsistine diem? |
| Я думаю, что поставилъ, но имени не подписалъ. | Ni fallor, apposui, sed nondum nomen meum epistolae subscripsi. |
| Которое у насъ число? | Quotus hodie est mensis dies? |
| Я не могу вамъ сказать. | Nescio. |
| Нѣтъ ли у васъ календаря? | Num habes calendarium? |
| Карманнаго календаря или календаря обыкновеннаго? | Calendarium pugillare, an vulgare? |
| Извольте, есть одинъ. | Tene, habeo unum. |
| Сегодня десятое, пятоенадесять, двадцатое и пр. | Hodie est mensis dies decimus, decimus quintus, vicesimus etc. |
| Сложите это письмо. | Complica hanc epistolam. |
| Сдѣлайте надпись. | Fac inscriptionem. |
| Положите въ обвертку и запечатайте его. | Involve et obsigna. |
| Гдѣ песокъ? | Ubi est pulvis scriptorius? |
| Есть въ песочницѣ. | Est in theca arenaria. |
| Ваша бумага не изъ лучшихъ. | Charta tua non est optima. |

Много ли у васъ ее? — Quantum habes?

У меня только двѣ или три дести. — Duos aut tres tantum scapos.

У меня еще цѣлая стопа. — Habeo etiam totum scapum majorem.

Я обыкновенно употребляю Голландскую бумагу, она очень хороша. — Soleo uti charta Hollandica, est enim perbona.

Какъ вы пересылаете свои письма? — Quomodo mittis tuas epistolas?

Пишите ли вы по почтѣ? — Tradisne eas cursui publico?

Нѣтъ, я пишу, когда выдетъ случай. — Non trado cursui publico, sed mitto oblata occasione.

Sigillum imprimĕre (pressi, pressum), запечатать.
Absolvĕre (lvi, lutum), кончить.
Insignia, ium, n. гербовая печать.
Implicĭtae literarum notae, вензеловая печать.
Cera или lacca signatoria, сургучъ.
Oblata, облатъ.
Crustulae, arum, то же.
Apponĕre, adscribĕre diem, поставить число.
Subscribĕre nomen, подписать имя.
Calendarium, ii, календарь.
Calendarium pugillare, карманный календарь.
Calendarium vulgare, обыкновенный календарь.
Inscriptio, onis, f. надпись.
Involvĕre (vi, lutum), положить въ обвертку.
Obsignare, запечатать.
Pulvis scriptorius, песокъ.
Theca arenaria, песочница.
Scapus, i, m. десть бумаги.
Scapus major, стопа.
Tradĕre (didi, ditum) cursui publico, писать по почтѣ.

## УРОКЪ 35. — LECTIO XXXV.

*О городѣ и его частяхъ.* — *De urbe ejusque partibus.*

Это столичный городъ. — Haec est urbs princeps *vel* caput regni.

Это резиденція. — Est sedes Principis.

| | |
|---|---|
| Что вы скажите объ этомъ городѣ? | Quid dices *vel* ais de hac urbe? |
| Этотъ городъ очень пространенъ, | Est urbs amplissima, |
| Славенъ своею древностію, | Vetustate inclyta, |
| Виденъ по своему положенію | Situ nobilis, |
| Стоитъ на самомъ ровномъ мѣстѣ, | Planissimo loco sita, |
| Возлѣ рѣки, | Flumini apposita, |
| Положеніе по себѣ имѣетъ безопасное, | Situ naturali *vel* natura loci munita, |
| Благоустроенный, многолюдный. | Bene morata, copiosa. |
| Предмѣстья его въ хорошемъ состояніи. | Suburbia ejus sunt perbono loco. |
| Замокъ окружаютъ рвы, наполненные водою, | Arcem circumdant fossae, aqua repletae., |
| По ней лебеди съ удовольствіемъ плаваютъ. | In ea commode natant cygni. |
| Черезъ нихъ проходятъ по неподвижному мосту., | Per eas transitur ponte immobili *vel* inexemtili, |
| И подъемному мосту. | Et ponte arrectario. |
| Вотъ самыя крѣпкія стѣны! | Ecce moenia firmissima! |
| Хорошія укрѣпленія! | Munimenta bona! |
| Прекрасныя на взглядъ! | Pulchra adspectu! |
| Они обсажены деревьями. | Consita sunt arboribus. |
| Бастіоны вездѣ уставлены пушками, | Propugnacula tormentis bene instructa., |
| И мортирами. | Et mortariis bellicis. |
| Куртины закрыты полумѣсяцами. | Frontes aggeris propugnaculo exteriori contectae. |
| Покрытый путь огороженъ палисадомъ. | Occultata via vallo bene munita. |
| Этотъ замокъ хорошо выстроенъ, | Hoc castellum est probe exstructum, |
| Хорошая архитектура. | Architectura visu pulchra. |
| Въ городѣ есть прекрасные дворы, | Urbs habet palatia splendidissima, |

Превеселые сады, гдѣ водопады прекрасные.

Amoenissimos hortos, ubi sunt eximiae cataractae.

Вотъ величественный храмъ!

Ecce magnificum templum!

это соборная церковь,

Haec est ecclesia cathedralis,

При ней хорошая колокольня.

Quae bonam habet turrim campanariam.

Башня ея очень высока.

Obeliscus ejus est praealtus.

Она выше всѣхъ зданій.

Supereminet omnia aedificia.

Былиль вы на рынкѣ?

Fuistine in foro?

Былъ ли на хлѣбномъ, рыбномъ, травяномъ, на конной?

Fuistine in foro frumentario, piscario, olitorio et equario?



Urbs princeps (ipis), caput regni, столица.

Vetustas, atis, f. древность.

Inclytus, славный.

Situs, us, m. положеніе.

Nobilis, e, видный.

Explicare (cui, cĭtum), развернуть.

Appositum esse, быть возлѣ чего.

Natura loci, положеніе по себѣ.

Suburbium, ii, n. предмѣстье города.

Palatium, tii, дворъ.

Magnificus, великолѣпный.

Repletus, наполненный, полный.

Commŏde, съ удовольствіемъ.

Pons immobilis, inexemptilis, e, неподвижный мостъ.

P. arrectarius, подъемный,

Propugnacŭlum, i, n. бастіонъ.

Tormentum, орудіе.

Mortarium bellicum, мортира.

Occultata via, покрытый путь.

Castellum, замокъ.

Ecclesia cathedralis, соборъ.

Turris campanaria, колокольня.

Praealtus, очень высокій.

Supereminēre, быть выше, выдаваться.

Forum, i, n. рынокъ.

Piscarius, рыбный.

Olitorius, травяной.

Equarius, конный.



| *Продолженіе.* | *Pars altera.* |
|---|---|
| Видѣлиль вы библіотеку? | Vidistine bibliothecam? |
| Видѣлиль вы монетный дворъ? | Vidistine monetarum officinam? |
| Камеру рѣдкостей? | Rarorum et singularium cameram? |
| Хотите ли видѣть арсеналъ? | Num placet videre armamentarium? |
| Почтовый дворъ? | Veredorum stationem? |
| Казначейство? | Portorium? |
| Ратушу? | Curiam? |
| Соляный дворъ? | Officinam salariam? |
| Масные ряды? | Tabernas carnarias? |
| Лоскутный рядъ? | Forum scrutarium? |
| Казармы? | Castra urbana? |
| Не это ли аптека? | Haec domus nonne pharmacopolium est? |
| Что это за большое строеніе? | Quodnam est hoc amplissimum aedificium? |
| Это гостиный дворъ. | Est aedificium mercibus deponendis. |
| Вотъ театръ! | En theatrum! |
| Это пекарня, | Haec est pistrina; |
| — харчевня. | — caupona. |
| Какъ называется эта улица? | Quomodo haec platea nominatur? |
| Улица Св. Петра. | Platea S. Petri. |
| А это что за улица? | Et illa quaenam est via? |
| Это перекрестокъ, | Est compitum *vel* trivium, |
| Переулокъ, | — angiportus, |
| — глухой переулокъ. | — angiportus non pervius. |
| Вотъ мѣльница! | Ecce moletrina! |
| — мѣльница вѣтреная! | — mola trusitilis *vel* versatilis! |
| — плотина! | — agger *vel* moles! |
| — рабочій домъ! | — ergastulum! |
| — домъ сумасшедшихъ. | — hospitium insanorum. |
| Окрестности города самыя прелестныя. | Circumjecta urbi loca sunt amoenissima. |

Онѣ значительною своею веселостію такъ пріятно дѣйствуютъ на зрѣніе, что не можешь насмотрѣться.

Haec multa amoenitate sua tam jucunde afficiunt oculos, ut videndo satiari nequeas.

---

Monetarum officina, монетный дворъ.
Camera rarorum et singularium, камера рѣдкостей.
Armamentarium арсеналъ.
Veredorum statio, onis, f. почтовой дворъ.
Portorium, казначейство.
Curia, ратуша.
Salaria officina, соляной дворъ.
Tabernae carnariae, мясные ряды.
Scrutatorius, лоскутный.
Castra urbana, казармы.
Aedificium mercibus deponendis, гостиный дворъ.
Pistrīna, пекарня.
Caupōna, харчевня.
Compĭtum, перекрестокъ.
Trivium, ii, n. тоже,
Angiportus, i, m. переулокъ.
Pervius, проходной.
Moletrina, мѣльница.
Trusitĭlis, versatilis, вѣтреный.
Agger, ris, m. плотина.
Ergastulum, i, n. рабочій домъ.
Insanus, нездоровый, не въ умѣ.
Circumjecta urbi loca, окрестности города.
Satio, насыщаю.
Amōenitas, atis, f. веселость (о мѣстахъ).
Jucunde afficere oculos, пріятнодѣйствовать на зрѣніе.

---

УРОКЪ 36. — LECTIO XXXVI.

*Распрашивать о комъ.* — *Formulae percontandi.*

Кто таковъ этотъ господинъ? — Quisnam est hic dominus?

Онъ Россійскій Дворянинъ. — Est nobilis Russus.

Я его почелъ за Француза. — Habui eum pro Gallo.

Вы ошиблись. — Errasti igitur *vel* falsus es.

Гдѣ онъ живетъ? — Ubi habitat, ubi habet domicilium?

Онъ живетъ въ улицѣ N. — Ad plateam N.

Свой ли у него домъ? — Num proprio utitur habitaculo?

Нѣтъ онъ живетъ въ наемныхъ покояхъ. — Non, habitat conducto.

| | |
|---|---|
| У кого онъ живетъ? | Apud quem habitat? |
| Онъ живетъ у N. | Apud N. |
| Сколько ему лѣтъ? | Quot annos natus est? |
| Я думаю, что ему лѣтъ двадцать. | Puto, eum viginti annos esse natum. |
| (Едва вступилъ въ двадцатый годъ). | (Annum vix vicesimum ingressus est). |
| Мнѣ показался онъ молодъ, | Visus mihi est non multorum annorum, |
| —моложе. | —minor. |
| Моложе быть ему нельзя. | Fieri non potest, minor ut sit. |
| Женатъ ли онъ? | Num est matrimonio junctus? |
| Нѣтъ, онъ холостъ. | Non, est coelebs. |
| Живы ли у него родители? | Num parentes ejus sunt in vivis? |
| Мать у него жива, а отецъ года два какъ умеръ. | Mater vivit, pater vero abhinc duos annos *vel* duobus abhinc annis mortuus est. |
| Есть ли у него братья, сестры? | Habetne fratres, sorores? |
| У него двое братьевъ и одна сестра. | Habet duos fratres et unam sororem. |
| Сестра его за мужемъ ли? | Num soror ejus est nupta? |
| Такъ. | Nupta. |
| За кѣмъ? | Cui? |
| За Графомъ N. | Comiti N. |
| По этому богатая была свадьба? | Nuptiae igitur fuerunt insignes? |
| За нее въ приданое дано 1000 душъ крестьянъ и 50 тысячь рублей деньгами. | Ea mille rusticis et quinquaginta millibus rubellorum dotata est. |

~~~~~~~~~~

Errare, ошибаться.
Falli, также.
Domicilium, ii, n. жилище.
Habitaculum, i, n. жилище.
Habitare conducto, нанимать покои.
Coelebs, bis, холостой.
Dotata, которая несетъ приданое.
Comes, itis, m. Графъ.

~~~~~~~~~~

| Продолженіе. | Pars altera. |
| --- | --- |
| Давно ли вы его знаете? | Num diu est, quod eum nosti? |
| Года съ три. | Tertius fere annus est. |
| Гдѣ вы съ нимъ познакомились? | Ubi consuetudinem *vel* familiaritatem cum eo junxisti? |
| Въ Римѣ. | Romae. |
| Онъ собою сановитъ. | Est amplissimā staturā *vel* ad aspectum praeclarus est. |
| Онъ ни великъ, | Nec longus est, |
| Ни малъ. | Nec humilis. |
| У него вольная, непринужденная осанка. | Staturam habet commodam. |
| Можно сказать, что это прекрасный мущина. | Fateor, adolescentem esse eximia pulchritudine praeditum. |
| Онъ весьма хорошо одѣвается. | Optime vestitur *vel* vestitui elegantiori indulget. |
| У него хорошій видъ и благородная поступь. | Habitus corporis est plenus dignitatis, *vel* magna dignitate praeditus. |
| Въ его поступкахъ нѣтъ ничего непріятнаго. | Excultus est ad humanitatem. |
| Онъ со всѣми учтивъ, вѣжливъ, ласковъ. | Est omni urbanitate limatus, in omnes officiosus. |
| Онъ очень уменъ, судитъ остро и веселъ въ обращеніи. | Ingeniii acumine est praeditus, est acri judicio ac amoenissimi sermonis. |
| Онъ весьма хорошо танцуетъ, бьется на шпагахъ и ѣздитъ верьхомъ. | Eleganter *vel* commode saltat, scite rudibus pugnat et equo insidet belle. |
| Онъ играетъ на флейтѣ, на скрыпкѣ и на разныхъ другихъ инструментахъ. | Canit tibia, fidibus, *vel* fides movet, aliis quoque utitur musicis instrumentis. |
| Словомъ, это совершенный дворянинъ. | Quid quaeris? est lectissimus et ornatissimus nobilis. |
| Вы мнѣ его столь хорошо описали, что возбуждаете во мнѣ желаніе съ нимъ познакомиться. | Hujusmodi decriptio excitat mihi studium familiaritatem cum eo jungendi. |

Я вамъ къ этому сыщу случай. — Huic rei occasionem tibi dabo.

Вы меня тѣмъ премного одолжите. — Cumulate gratias tibi agam.

Когда вы хотите со мною его посѣтить? — Quando vis mecum eum visere?

Когда вамъ угодно. — Ubi tibi lubitum erit.

Въ какое время можно имѣть къ нему доступъ? — Quanam horā potest adiri?

Я къ нему доступъ имѣю во всякое время, потому что онъ мнѣ искренній другъ. — Omni tempore adiri potest; est enim intimus meus amicus.

Такъ поѣдемъ къ нему завтра по утру. — Cras igitur adeamus.

Я согласенъ, со всею охотою. — Esto, perlibenter.



Statūra, ae, f. ростъ.
Ad aspectum praeclarus, собою видный.
Humilis, e, низкій ростомъ.
Commŏdus, непринужденный.
Vestiri, одѣваться.
Vestitui elegantioti indulgēre, весьма хорошо одѣваться.
Habitus, us, corporis, видъ, расположеніе тѣла.
Dignitas, atis, f. благородство.
Excultus, обдѣланный.
Urbanitate limatus, преучтивый.
Officiosus, услужливый.
Ingenii acumine praeditus, остроумный.
Homo amoenissimi sermonis, превеселый въ обращеніи.
Scite, искусно.
Rudibus pugnare, биться на шпагахъ.
Canēre tibia, играть на флейтѣ.
Lectissimus, отборнѣйшій.
Descriptio, onis, f: описаніе.
Comulāte gratias agere, премного быть обязану.
Intimus, короткій, отъ неупотреб. interus.



| УРОКЪ 37. | LECTIO XXXVII. |
| --- | --- |
| *О красотѣ младенца.* | *De pulchritudine infantis.* |
| Вотъ прекрасное дитя. | Ecce eximia forma infans! |
| У него видъ ангельской! | Est mira et insigni forma. |
| Прекрасный лицемъ. | Est ipsi gratissima facies. |
| Который ему годъ? | Quot annos est natus? |
| Ему два года. | Duos natus est. |
| Онъ довольно великъ по своимъ лѣтамъ. | Pro aetate sua sat est grandis. |
| Сосетъ ли онъ еще грудь? | Num adhuc sugit? |
| Нѣтъ, онъ груди больше не сосетъ. | Non, jam desiit sugere. |
| Его отъ груди отняли. | Est a lacte remotus *vel* a nutrice depulsus, a mamma depulsus. |
| Ходитъ ли онъ? | Potestne incedĕre? |
| Онъ стоитъ на ногахъ. | Jam nititur pedibus *vel* haeret suo in vestigio. |
| Онъ учится ходить на помочахъ. | Ad fasciam discit incedere. |
| Онъ самъ ходитъ. | Solus incedit. |
| У него хорошіе волосы. | Pulchram habet comam. |
| Мальчикъ ли это или дѣвочка? | Utrum est puer an puella? |
| У нее хорошій румянецъ въ щекахъ. | Est ei roseus genarum color. |
| Походитъ на цвѣтущую розу. | Rosam refert florentem. |
| У нее тѣло бѣло, какъ снѣгъ. | Corporis candor certat cum nivis albedine. |
| Прекрасный ротикъ, | Osculo est suavissimo, |
| Черные и сверкающіе глаза, | Nigris et micantibus oculis, |
| Полныя щеки, | Eminentibus genis, |
| Полныя ручки. | Plenioribus maniculis. |
| Пріятная улыбка. | Dulce subridet. |
| Говоритъ ли уже она? | Num fatur? |
| Она начинаетъ лепетать. | Balbutit. |
| Какъ ее зовутъ? | Quomodo vocatur? |
| Софіею. | Sophia. |

Grandis, e, большой.
Sugĕre, xi, ctum, сосать.
A lacte remotum esse, a nutrice depulsum, не сосать болѣе груди.
Mamma, ae, грудь.
Depello, ĕre (uli, ulsum), отогнать.
Incedere (ssi, ssum), ходить.
Niti pedibus, стоять на ногахъ.
Haerere suo in vestigio, то же.
Fascia, ae, f. помочи.
Roseus, розовой.
Color, oris, m. цвѣтъ.
Candor, oris, m. бѣлизна.
Oscŭlum, i, n. ротикъ.
Micans, antis, сверкающiй.
Dulce subridere, имѣть прiятную улыбку.
Eminens, ntis, полный.
Gena, ae, f. щека.
Manicŭla, ae, f. ручка.
Balbutio, ire, начинать говорить, лепетать.

## УРОКЪ 38
### *О крещенiи.*

## LECTIO XXXVIII.
### *De baptismate.*

Куда вы такъ торопитесь? — Quo ita properas?
Домой. — Domum.
Что у васъ за дѣло? — Quid tibi negotii est?
У насъ сего дня будутъ крестины. — Hodie apud nos administrabitur baptismus.
Не родила-ль ваша матушка? — Num mater tua peperit?
Родила дочь. — Sic, ea peperit filiam.
Богъ далъ вашему батюшкѣ сына. — Pater tuus auctus est filio.
Матушка лучше желала бы имѣть дочь. — Mater praeoptaret filiam parĕre.
Я васъ съ тѣмъ усердно поздравляю, — De hac re tibi toto animo *vel* pectore gratulor.
Здорова ли роженица и новорожденный? — Num bene se habet puerpĕra et recens natus?
Здоровы, слава Богу! — Bene se habent, Dei gratia.
Гдѣ будутъ крестить? — Ubi administrabitur baptismus?
Въ нашемъ домѣ. — Domi nostrae.
Кто будетъ отецъ и мать крестные? — Quinam erit patrinus et matrina *vel* susceptor et susceptrix?

Кумъ и кума пришли ли? — Num patrinus et matrina praesto sunt?

Кормилица, бабушка и нянька тамъ ли? — Nutrix, obstetrix et curatrix adsunt?

Да; теперь ждутъ священника, чтобъ окрестить младенца. — Adsunt; nunc exspectatur sacerdos, qui infantem baptizet.

Не будете ли вы крестнымъ отцемъ? — Nonne eris sponsor baptismalis?

Этотъ младенецъ не вашимъ ли будетъ крестникомъ? — Nonne hic infans erit tuus filius baptismalis?

~~~~~~~~~~

Administrare baptismum, совершать крещеніе.
Pario, peperi, partum, раждать.
Praeoptare, болѣе желать.
Gratulari, поздравлять.
Puerpĕra, ae, f. роженица.
Patrīnus, крестный отецъ,
Matrina, крестная мать.
Susceptor, oris, m. крестный отецъ; susceptrix, icis, f. крестная мать.
Obstetrix, icis, f. повивальная бабка.
Curātrix, īcis, f. нянька.
Baptizare, крестить.
Filius basptismalis, крестникъ.

~~~~~~~~~~

## УРОКЪ 39. — LECTIO XXXIX.

### *О женитьбѣ.* — *De connubio.*

Этотъ господинъ женатъ ли? — Num hic dominus est matrimonio junctus?

Нѣтъ, однако онъ хочетъ жениться. — Nondum, vult tamen uxorem ducere.

Онъ сватается за одну дѣвицу. — Puellae connubium *vel* virginis conjugium petit.

Онъ скоро женится. — Brevi adjunget sibi uxorem.

Сегодни будетъ помолвка. — Hodie sponsalia celebrabuntur *vel* fient.

Будетъ пиръ по случаю помолвки. — Erit convivium sponsale *vel* coena sponsalis.

Онъ уже сговоренъ. — Est jam sponsus.

| | |
|---|---|
| Тому уже недѣлю тому назадъ, какъ онъ помолвленъ. | Ex quo sibi puellam despondit, exacti sunt septem dies. |
| На комъ помолвленъ? | Quamnam virginem sibi despondit? |
| На дѣвицѣ N. | Virginem N. |
| Другъ друга стоющая чета. | Sponsus sponsae est par. |
| На комъ женится? | Quam ducit in matrimonium? |
| Невѣста предобродѣтельная, достойная любви особа! | Sponsa virtute est eximia, et amore dignissima! |
| И женихъ молодецъ очень хорошій. | Et sponsus quoque juvenis est optimus. |
| Сколько за нею приданаго? | Num bene dotata est? |
| Несетъ за собою 20,000 рублей. | Dotata est viginti millibus rubellorum. |
| Когда ихъ будутъ вѣнчать? | Quisnam dies nuptiis destinatus *vel* constitutus est? |
| Ихъ будутъ вѣнчать во вторникъ. | Dies Martis. |
| Въ которой церкви? | Quonam in templo solemnia celebrabuntur? |
| Въ церкви С. Петра. | In aede sacra Sti Petri. |
| Меня не звали на свадьбу. | Ego non sum ad nuptias invitatus. |
| Много будетъ гостей на свадьбѣ. | Plurimi convivae coenabunt in nuptiis. |
| Знаете-ль жениха? | Nostine sponsum? |
| Знаю и жениха и невѣсту. | Novi et sponsum et sponsam. |
| Онъ уже женится въ другой разъ. | Sponsus init secundum matrimonium. |
| Есть ли у него дѣти? | Habetne liberos? |
| Нѣтъ. | Nullos. |

Petĕre connubium puellae, свататься.

Adjungĕre (sibi) uxorem, жениться.

Sponsus, i, m. помолвленный, женихъ.

Despondēre sibi puellam, помолвить.

| | |
|---|---|
| Solemnia celebrare, вѣнчать. | |
| Inire secundum matrimonium, | жениться въ другой разъ. |

## УРОКЪ 40. — LECTIO XL.

### *О погребеніи.* — *De sepultura.*

| | |
|---|---|
| Отъ чего дядюшка вашъ такъ печаленъ? | Quid est, quod partuelis tuus adeo tristis sit? |
| У него мать умерла. | Mater ejus decessit *vel* fato functa est. |
| Когда она умерла? | Quando decessit? |
| Вчера по утру. | Heri mane. |
| И такъ отецъ его теперь вдовецъ? | Pater ejus igitur est viduus? |
| Боюсь, чтобъ онъ не женился еще. | Timeo, ne iterum matrimonium ineat. |
| Не замѣшкаетъ вновь жениться. | Haud cunctabitur novum inire matrimonium. |
| Кто будетъ исправлять похороны? | Quis curabit funus? |
| Мой братъ. | Frater meus. |
| Гдѣ ее будутъ погребать? | Ubi humabitur? |
| Въ церкви Св. Іакова. | Ad aedem sacram S. Iacobi. |
| Богаты ли будутъ похороны? | Num exequiae erunt amplae? |
| Вѣрно. | Sine dubio. |
| Билеты разосланы. | Schedulae defunctoriae sunt dimissae. |
| Будетъ ли говорена рѣчь надгробная? | Num habebitur oratio funebris? |
| Будетъ. | Habebitur. |
| Уже похороны идутъ. | Jam funebris pompa procedit. |
| Много провожатыхъ. | Plurimi exequias prosequuntur. |
| Гробъ дубовый. | Loculus est querceus *vel* quernus. |
| Гробъ обитъ плисомъ, | Loculus panno villoso est munitus. |
| — розоваго цвѣта бархатомъ. | — rosei coloris holoserico instructus. |
| Украшенъ разными фигурами. | Variis ornatus figuris. |

Decedĕre (ssi, ssum), умереть.
Fato fungi (functus sum), умереть.
Viduus, вдовый и вдовецъ.
Cunctari, медлить.
Curare funus (ĕris), исправлять похороны, распоряжать при похоронахъ.
Humare, предать землѣ.
Exequiae, arum, f. похороны.
Amplus, богатый, видный.
Schedŭlae defunctoriae, билеты.
Prosequi, преслѣдовать; провожать.
Locŭlus, i, m. гробъ.
Querceus, дубовый.
Holosericum, i, n. бархатъ.
Pannus villosus, плисъ.

## УРОКЪ 41. — LECTIO XLI.

*О возрастѣ человѣческомъ.* — *De aetate hominis.*

| | |
|---|---|
| Сколько возрастовъ человѣка? | Quot sunt aetates hominis? |
| Четыре: дѣтство (отрочество), юность, возмужалость и старость. | Quatuor: infantia (pueritia), juventus, virilitas et senectus. |
| Сколько тебѣ лѣтъ? | Quot annos natus es? *vel* quot habes annos? |
| Двенадцать. | Duodecim. |
| А мнѣ какъ ты думаешь, который годъ? | Et quid tibi aetatis esse videor? |
| Мнѣ только что одиннадцатый. | Aetatem vix undecimam ingressus sum. |
| Минуло 10 лѣтъ. | Complevi decem annos, *vel* spatium decem annorum. |
| Сколько лѣтъ твоей сестрѣ? | Quot annos soror tua nata est? |
| Девятнадцать. | Undeviginti. |
| Не за мужемъ ли она? | Num est matrimonio juncta? |
| Точно, назадъ тому четыре года. | Ita, abhinc quatuor annis. |
| Она родила уже мальчика. | Pepĕrit jam puerulum. |
| По которому онъ году? | Quem is annum agit? |
| Онъ еще грудной. | Est lacteus. |
| Ему только восемь дней. | Non nisi octo dies natus est. |
| Этотъ у нее первый ребенокъ? | Num hic infans primus ei natus est? |

| | |
|---|---|
| Нѣтъ, у нее прежде были двойни. | Non primus, jam antea peperit geminos. |
| Они еще очень молоды. | Sunt adhuc tenelluli. |
| Они еще въ колыбели. | Versantur adhuc in cunis. |
| Имъ только полтора года. | Non nisi decimum et octavum mensem inierunt. |
| Чьи это двое милыхъ дѣтокъ? | Hi duo suavissimi pueruli cujus sunt? |
| Моего двоюроднаго брата. | Patruelis mei. |
| Который имъ годъ? | Quotum annum agunt? |
| Старшему седьмой, а младшему пятый. | Major natu agit septimum, et minor natu quintum. |
| Я думаю, вы старѣе меня. | Puto, te aetate mihi praestare. |
| Мы оба почти однихъ лѣтъ. | Nostra amborum aetas non multum discrepat. |
| Мы однихъ лѣтъ. | Sumus aetate aequales *vel* pares. |
| Я однихъ съ вами лѣтъ. | Sum ejusdem tecum aetatis. |
| Вы однихъ лѣтъ съ моимъ братомъ. | Tu es aetate par fratri meo. |
| Онъ, также какъ и ты, въ цвѣтущихъ лѣтахъ. | Frater meus, aeque ac tu, est in flore aetatis. |
| Что до меня, я уже старѣюсь. | Quod me adtinet, jam senesco. |
| Дѣдушка мой очень старъ, дряхлъ. | Avus meus est aetate provectissimus, caducus. |
| Ему исполнилось сто восемь лѣтъ. | Centum et octo annos complevit. |

~~~~~~~~~~

Aetate praestare (stiti, stitum) быть старѣе.

Non multum, немного.

Discrepare, разниться, быть не сходну.

Aetate aequalis, par, однихъ лѣтъ.

Aeque ac, равно какъ.

Flos aetatis, цвѣтущія лѣта.

Senescĕre (senui), старѣться.

Avus, i, m. дѣдъ.

Aetate provectissimus, очень старый.

Cadūcus, дряхлый.

Complēre, исполнить.

~~~~~~~~~~

| УРОКЪ 42. | LECTIO XLII. |
| --- | --- |
| *О родствѣ.* | *De propinquitate, cognatione, consanguinitate.* |
| Изъясните мнѣ, пожалуйте, степени родства. | Explica mihi, quaeso, cognationis gradus. |
| Я васъ сей часъ же удовлетворю. | Statim tuum noscendi studium explebo. |
| Дѣдъ мой отецъ отцу моему или моей матери. | Avus est patris matrisve pater. |
| Бабушка моя мать отцу моему или моей матери. | Avia patris matrisve mater. |
| Знаете ли вы, что такое мужъ и жена? | Nostine, quid sit maritus et uxor, *vel* quid sint conjuges? |
| — братъ и сестра? | — quid sit frater et soror? |
| — сведеный братъ со стороны отца или матери? | — quid sit frater non germanus, paternus sive maternus |
| Зять намъ тотъ, который женатъ на нашей дочери. | Gener est filiae maritus. |
| Невѣстка намъ та, которая за мужемъ за нашимъ сыномъ. | Nurus filii uxor est. |
| Мужъ сестры моей мнѣ зять. | Maritus sororis meae gener meus est. |
| Братнина жена мнѣ невѣстка. | Fratria mea est, quae nupta est fratri meo. |
| Внукъ, который родился отъ нашего сына или отъ нашей дочери. | Nepos — ex filio filiave nostra natus. |
| Внучка, которая родилась отъ нашего сына или отъ нашей дочери. | Neptis — ex filio filiave nostra nata. |
| Деверь, братъ мужнинъ и женнинъ. | Levir est mariti et uxoris frater. |
| Племянникъ, сынъ брата или сестры. | Natus ex fratre sororeve fratris sororisve filius est. |
| А дочь ихъ, племянница. | Nata ex iis — fratris sororisve filia est. |

Дядя мой, брать отцу моему или моей матери.
А сестра ихъ моя тешка.
Сынъ моего дяди или моей тешки, мнѣ двоюродный братъ.
Дочь ихъ, двоюродная сестра.
Тесть мой, отецъ моей женѣ.
Теща моя, мать моей женѣ.
Вотчимъ, второй мужъ моей матери.
Мачиха, вторая жена моего отца.
Пасынокъ — сынъ мужа отъ первой жены или женнинъ отъ перваго мужа.

Avunculus est frater patris sive matris.
Amita dicitur — eorum soror.
Filius avunculi vel amitae frater germanus est.
Eorum filia — soror germana.
Socer meus est pater uxoris meae.
Socrus mea est mater uxoris meae.
Vitricus, alter matris meae maritus est.
Noverca est uxor patris mei altera.
Privignus est filius mariti ex uxore aut uxoris ex marito priore.

Propinquitas, atis, cognatio, onis, f. consanguinitas, atis, f. родство, свойство.
Studium noscendi, любопытство.
Avia, ae, f. бабка.
Frater non germanus, сведеный братъ.
Nurus, i, f. невѣстка.
Gener, eri, зять.
Fratria, ae, f. братнина жена.
Nepos, ōtis, общ. внукъ.
Neptis, is, f. внучка.
Levir, viri, деверь.
Amita, ae, f. тешка.
Frater germanus, родной братъ.
Socer, eri, m. тесть.
Socrus, us, f. теща.
Vitrĭcus, i, m. вотчимъ.
Noverca, ae f. мачиха.
Privignus, i, m. пасынокъ.

## УРОКЪ 43.

*Объ игрѣ въ карты.*

Играете ли вы въ карты?
Играю иногда для забавы, для препровожденія времени.

## LECTIO XLIII.

*De lusu chartarum vel scidarum.*

Ludisne chartis *vel* scidis?
Ludo interdum (nonnunquam) animi causa, temporis fallendi gratia.

| | |
|---|---|
| Мнѣ кажется, что эта игра есть забава довольно опасная. | Hic lusus mihi videtur esse temporis oblectamentum satis periculosum. |
| Правда, когда играютъ въ большую игру; или если кто привязанъ къ картамъ. | Certe, si magni luditur, *vel* si quis scidis lusoriis maxime tenetur. |
| Но я всегда играю въ небольшую игру, и притомъ осторожно. | Ego vero ludo semper parvo et quidem caute, circumspecte. |
| По этому ни проигрышъ, ни выигрышъ не такъ важны. | Proinde neque damnum, neque quaestus sunt admodum magni. |
| Это игра честная. | Hic lusus ingenuus *vel* legitimus est. |
| Это игра, основанная на обманѣ. | Hic lusus fraudulentus est. |
| Не угодно ли вамъ сдѣлать партію? | Visne mecum certamen ludicrum agĕre? |
| Какъ вы изволите. | Ut tibi placet. |
| Въ какую игру мы станемъ играть? | Quemnam deligemus lusum? |
| Во что будемъ играть? | Quodnam lusus genus placet? |
| Станемъ играть въ вистъ. | Ludamus lusum Wist? |
| Я лучше люблю пикетъ. | Praefero lusum Picket. |
| Эта игра вошла въ моду. | Hic lusus nunc usu et consuetudine receptus est. |
| Теперь въ модѣ. | Nunc est in honore. |
| Дайте намъ двѣ игры картъ и марокъ. | Da nobis duarum lusionum scidas et calculos. |
| Почему будемъ играть? | Quanti ludemus? *vel* quanti certabimus? |
| Я играю на деньги. | Ego pecunia posita ludo. |
| Я играю по немногу. | Ego ludo parvo. |
| Я не играю по многу. | Non ludo magno. |
| Я играю не хорошо. | Perperam ludo. |
| Я несчастливъ въ карточной игрѣ. | Chartulae lusoriae non favent mihi. |
| Я проигрываю все, что ни выигрываю. | Ego semper mala utor fortuna in ludendo. |

| | |
|---|---|
| Не пріятно; когда проигрываешь. | Molestum est amittere pecuniam lusu, (alio sensu) in lusu vinci, superari. |
| Сыграемъ по рублю. | Ludi concertationem faciet rubellus. |
| Какъ вы изволите. | Esto sane, *vel* per me licet. |
| Полная ли эта игра картъ? | Num scapus est totus? |
| Нѣтъ, одной недостаетъ карты. | Non, una desideratur scida. |
| Отбери меньшія карты. | Sepōne minores scidas. |
| Посмотримъ, кому сдавать. | Videamus, quis distribuat scidas. |
| Скинемъ. | Dividamus. |
| Я въ рукѣ; вамъ сдавать. | Habeo locum priorem; tibi distribuendae sunt. |
| Тасуйте карты. | Misce *vel* permisce scidas. |
| Фигуры всѣ вмѣстѣ. | Omnes figurae sunt unā *vel* conjunctim. |
| Сдавайте. | Divide. |
| У меня одной нѣтъ карты. | Mihi deest una scida. |
| Одна лишняя въ колодѣ. | Una est supervacanea. |
| Передайте. | Denuo distribue. |
| Снимите. | Aperi folia lusoria. |
| Всѣ ли у васъ карты? | Omnesne habes scidas? |
| Думаю, что всѣ. | Omnes me habere existimo. |
| Снеслилъ вы? | Deposuistine? |
| Сколько вы прикупаете? | Quot adsumis scidas? |
| Всѣ. | Omnes. |
| Одну оставляю. | Unam derelinquo. |
| У меня дурна игра. | Lusus meus est malo loco. |
| Хуже игры быть не можетъ, какъ у меня. | Pessimo est loco. |
| У васъ однакожъ должно быть хорошей игрѣ, потому что у меня дурна. | Imo tuus meliore loco sit oportet, quia meus malo est loco. |
| Я съ своею игрою не знаю что дѣлать. | Lusus mihi negotium facessit, *vel* me perturbat. |
| Обвиняйте свою игру. | Accūsa lusum tuum. |
| Сочтите вашъ наборъ. | Numera missus tuos. |
| Я выигралъ лезу. | Habeo septem puncta. |

Я проигралъ. — Ego victus sum.
Вы выиграли. — Tu vicisti.
Вы мнѣ должны рубль. — Debes mihi rubellum.
И такъ мы квиши. — Sumus igitur soluti *vel* pares.
Сыграемъ еще игру. — Iteremus lusum.
Со всею охотою. — Libentissime.

Lusus (us) chartarum, scidarūm, игра въ карты.
Animi causa, для удовольствія; temporis fallendi gratia, для препровожденія времени.
Temporis oblectamentum, забава.
